l ¶ Tria genera. Dicũtur eſſe precipua. nam large homicidium dicitur quilibet illicitus motus ad nocẽdum. j. e. homicidium.
Homicidiũ q̃d ſit.
m ¶ Parilẽ. i. ſimilẽ quantũ ad deũ. al's em̃ aſperior penitentia imponitur ‡ interfectori.
‡ Scʒ p̃ eccleſiã A.
n ¶ Et qui. s. lxxxvj. diſt. paſce.
o ¶ Detrahit. Detractores dicunſ homicide, q2 quãtum in eis eſt priuant animã (que melior pars hominis eſt) vita: dum negãt virtutes quibus anima viuit, eſſe in ea. Nam detrahere eſt bona que alicui ſunt a deo collata: negare vel inuertere: vt ſi quis dicat ſapientẽ ſapientiam non habere: vel caſtũ caſtitatẽ, vel ea que bono zelo fiũt: inuertendo aſſerat malo zelo vel ſpiritu fieri, ſicut Judei Chriſtum dicebant in beelzebub demonia eijcere. xxj. diſt. §. j. ꝛ quidẽ hoc eſt peccatũ in ſpiritũ ſanctum: q2 qð eſt ſpiritus ſancti, maligno ſpiritui attribuunt. vnde in euangelio: † Qui dixerit fratri ſuo fatue, reus erit gehenne. lv. di. ſi euangelica. xxxij. q. v. q̃ viderit.
Detractores dicũtur homicide.
† mat. v. c.
p ¶ Pariter. Nõ q2 eq̃liter peccẽt, ſʒ q2 dignus eſt pena eterna vterq3.
q Omnis. ¶ Oppreſſio. C. qð met. cau. ſi per impreſſionẽ.
Gen. iiij. b.
r ¶ Judiciũ ſanguinis eſt. i. ita puniſ ꝛ eſt digna puniri vt homicidiũ, q2 vtrunq3 ſufficit ad damnationẽ.
ſ ¶ Sãguinis. i. iudicaſ eſſe effuſio ſanguinis i. homicidiũ ſm̃ Hug.
t ¶ Uoluntate. i. actu volũtario. ſm̃ Hug.
Ps. vij. Hier. xvij. b. Apo. ij. f.
v Nunquid Cain. ¶ Caſus. De9 reſpicit volũtatẽ hominũ anteq̃3 ꝓducaſ ad actũ: tã bonã vt eam remuneret ꝛ corroboret, q̃3 malã vt eã condẽnet. De mala probat p̃ Cain, de bona per eũ qui vult pati martyriuꝫ, q2 remuneratur etſi martyrium non ſequatur.
x ¶ Cain. s. iij. q. vij. in grauib9. hoc legiſ in Geneſi.
Ps. lvij.
y ¶ Dãnauit. Si damnauit, ergo commiſſum fuit: nam nulli deus immeritam ingerit penam. xj. q. iij. illud. ſed expone dãnauit. i. damnabile oſtendit. ſ. eius victimas reſpuendo, vel dãnabile preſciuit.
z ¶ Animo. vt in beato Martino, ſufficit enim affect9. arg. j. e. opportuna.
a ¶ Qualem. s. diſt. xxv. qualis.
b ¶ Uocat. xiij. q. ij. q̃3 prepoſterum.
c ¶ Ipſe teſtatur. In Apocalypſi.
d ¶ Renum. i. delectationum.
e ¶ Cordis. i. cogitationũ. vnde Auguſtin9 ſuper illũ locũ ſcrutans corda ꝛc̃. Corda. i. qð quiſq3 cogitat. Renes. i. qð quecunq3 delectat.
f Noli. ¶ Perſuades. s. diſt. xlv. ſane. pl9 em̃ eſt ꝑſuadere q̃3 facere. Ar. ff. de ſer. cor. l. j. §. ꝑſuadere. q̃ em̃ perſuadet corrũpit: non q̃ cogit: vt ibi.
g ¶ Machera. i. gladius. alia tranſlatione dicit gladi9 acutus. s. e. periculoſe.
† extra de tem. ſemp (qð eſt ꝯpña parem glo. ꝑ ſinea: cru ecte rioñ q̃ de homicida. cõc. l. q̃ cũ telo. ꝛ ibi gl. ꝛ C. C. ad legẽ cor. de ſi.

a Homicidiũ. ¶ Putabatur. male intelligentibus. nam prohibitũ erat: et omne vnde malũ oritur. extra de conſti. nam concupiſcentiam.

b ¶ Aperuit. In euangelio vbi dicit. Qui dixerit fratri ſuo fatue: reus erit mortis. ſi quis dixerit fratri ſuo racha: reus erit cõſilio. .lv. diſt. ſi euãgelica.

c ¶ Motum. poſt primũ qui in poteſtate nr̃a non eſt.

S I propterea ¶ Caſus. Si habuiſti animũ furandi: quãuis nihil furatus fueris qꝛ times ne videris: furtum tñ quo ad deũ cõmiſiſti.

d ¶ In corde. ſ. xxiij. q. vlt. ca. vlt.

e ¶ Teneris. quo ad deũ: nõ quo ad hoiem: cũ rem non ꝯtrectauerit. ff. de acquiren. poſ. poſſideri. §. ſi rẽ. qꝛ ſolo aĩo furtum non ꝯmittitur: ſm. l. vt ibi dicitur.

S I cui etiam. ¶ Caſ. Gra. infert ex ſupradictis cum voluntas quo ad deũ remuneretur: et nõ opꝰ: volũtas autem in cordis contritione conſiſtit: opus vero in oris confeſſione: tamen manifeſtum eſt ꝙ ſola cordis contritione dimittunť peccata.

¶ Occidit qui ad nocendum mouetur.

Homicidiũ lege vetitũ putabať[a] nõ aliud eſſe niſi corporis peremptio. Aperuit[b] ergo dñs omnẽ iniquũ motũ[c] ad nocẽdũ fratri, in homicidij genere deputari. Itẽ Aug.

¶ Furti tenenť qui ſolo timore non furantur.

Si ꝓpterea nõ facis furtũ, qꝛ times ne iudiceris, intus ĩ corde[d] feciſti: reus furti teneris[e], et nil tuliſti. Idem de libero arbitrio.

¶ Non ideo minus delinquit cui ſola deeſt facultas.

Si cui etiã nõ cõtingat facultas concũbẽdi cũ coniuge aliena, tamẽ planum ſit eum aliquo modo cupere ꝛ ſi poteſtas detur eſſe facturũ nõ minus[f] reus eſt ꝙ̃ ſi in ipſo facto deprehenderetur. Itẽ. Sicut authoritas teſtať, volũtas remunerať, nõ opus: volũtas[g] aũt in cordis cõtritiõe[h] eſt, opꝰ vero in oris ꝯfeſſione: luce clariꝰ cõſtat cordis cõtritione[i], nõ oris cõfeſſione peccata dimitti. Item.

Porro[k] illi quorũ pctã humanã notitiã latent nõ ab ipſis ꝯfeſſa, nec ab alijs publicata: ſi ea ꝯfiteri vel emẽdare noluerint, deũ quẽ hñt teſtẽ, ipſum habituri ſunt ꝛ vltorẽ[l]. Et quid eis ꝓdeſt vitare humanũ iudiciũ, cũ ſi in malo ſuo ꝑmãſerint, ſunt ituri in eternũ deo retribuẽte ſuppliciũ? q̃ ſi ſui iudices fiãt ꝛ veluti ſue iniqtatis vltores hic ĩ ſe volũtariam penã ſeueriſſime aĩaduerſionis exerceãt, tp̃alibus[m] penis mutabũt eťna ſupplicia, et lachrymis ex v̾a cordis cõtritione fluẽtibus extinguẽt eterni ignis incẽdia. ꝛ. ſ.

Nacilꝰ[n] deũ ſibi placabũt q̃ nõ humano conuicti iudicio, ſed vltro[o] crimẽ agnoſcũt: qui aut ꝓprijs illud cõfeſſionibus prodũt, aut neſciẽtibus[p] alijs (quales occulti ſũt) ipſi ĩ ſe volũtarie excõicationis ſñiam[q] ferunt, ꝛ ab altari cui miniſtrabant, non aĩo[r],

¶ Porro illi. ¶ Caſus. In hoc cap. proſper intendit inuitare homines ad emẽdationem et confeſſionem peccatorum. qui ſi nolunt peccata emendare, ſed volunt in ſua malitia perſeuerare, dãnabũtur eterno ſupplicio, quia noluerũt ſubire humanũ iudiciũ. Preterea melius eſt vt hõ ſponte confiteatur peccatum ſuum, ꝙ̃ vt expectet inde conuinci, ſiue cõfiteatur illud publice in iudicio vel extra: ſiue occulte et intra ſe.

k ¶ Porro. ¶ Caſus. Inuitat proſper quemlibet hominem ad penitentiam. qui enim noluerit emẽdare delicta, eterno ſupplicio dãnabitur: qꝛ noluit ſubire temporale ſupplicium melius eſt ergo ꝙ quis confiteať peccatum occulte vel etiã in iudicio cum poteſt inde cõuinci, ꝛ penitẽtiã agere vt ſic commutet penã eternã in tẽporalem. — Supplicium patieť eternũ q̃ tp̃ale nõ ſubijt.

l ¶ Et vltorem. quaſi ſine cõfeſſione. et ĩ hoc facit ad ꝓpoſitum, ſed tamen hoc nõ eſt verum: quia confiteri tenetur ſacerdoti: ſed hoc vult dicere ꝙ deberet cognoſcere peccata ſua, et inde ſe damnare, et ſe redarguere et dicere, tali pena ſum dignus. ꝛ ſic ſunt ſui iudices. — Ut. ſ. eo. tres vltra me. Ad hoc facit qđ dicit Augu. peccatum tuũ te iudicẽ habeat non patronũ. Archi.

f ¶ Non minus. ſ. xxxij. q. v. ſicut enim. vj. q. j. c. quero. §. verũ hec. in fi. xv. q. vj. c. j. viij. q. j. ſciẽdũ. xiij. q. v. ſi quid. xxxij. q. v. qui viderit. contra. ſ. diſtin. ij. ſicut tribus contra. Solu. re vera magis reus eſt ſi opus adhibeatur: ſed hoc quo ad ſufficientiam eterni interitus accipe. Vel dic ꝙ non minus eſt reus. i. nihilominus reus eſt: quis ad factum nõ perueniat: non quin plus peccet (vt dixi) ſi opus ſequatur: qđ patet ex eo qꝛ prohibitũ eſt malã voluntatẽ in opus ꝓducere. ſic ergo contra prohibitionẽ illam faciens plus peccat. qui ergo opus adijcit voluntati: iniquitatem adijcit iniquitati.

g ¶ Voluntas. Non opus tantũ: vel non facit vt opus ſit remuneratorium ſed voluntas: ſicut ꝛ alibi dicit: ſcilicet ꝙ ſufficit eleemoſyna cordis: nõ corporis. xlv. diſtin. due. quandoq; tamen opus etiam minus bonum in bonum conuertitur diligentibus deum. ſ. diſt. ij. nullus eorum. argu. extra de reg. iur. eſtote. Illud autem nota ꝙ peccata que ſola voluntate contrahuntur, ſola voluntate dimittuntur: ſm Baz. arg. ff. de pac. ab emptione. ſed contrarium credo ſi ad conſenſum voluntas peruenit. ar. ſ. vj. diſt. teſtamentum.

h ¶ Contritione. ſ. eo. §. non ita.

i ¶ Contritione, illa ſcilz que eſt virtus: non illa que eſt paſſio: ſcꝫ afflictio qua punitur quis interius ꝑ peccato, nec illa que eſt actio qua ſe punit aliquis. h.

m ¶ Temporalibus. in ſuſtinẽdo tẽporales penas euadunt eternas. ſ. xiij. q. vlt. ca. vlt.

n Nacilius. xj. q. iij. ca. ad menſam. §. euidenter. ibi allegabatur hoc pro capitulo.

o ¶ Sed vltro. Arg. l. diſt. preſbyterum. argu. ꝓ ſponte confeſſo.

p ¶ Neſcientibus. ſ. e. §. ſimiliter.

q ¶ Sententiam. quod fit cum in ſecreto interius compunguntur, et confitentur ſacerdoti: vt. ſ. e. diſt. vide benignum. ꝛ ca. iudicet. non tamen ſibi penitentiam imponendo, vel ſe ligando: ſm quod inducit. c. ſed ferunt voto ꝛ propoſito quo ſe damnent ad talem penitentiã ſubeundam iudicio ſacerdotis.

r ¶ Non animo. Scilicet in perpetuum, ſed officio. ſcilicet ad tempus. propoſitum quippe ꝛc. vel non animo tantum, ſed officio authoritate ſcilicet ſuperioris vel nõ animo tantum, ſed officio. id eſt iudicio ſuperioris ab officij executione abſtineant: vt. ſ. ea. diſtinc. in actione. ꝛ. ſ. diſtinc. v. ca. j. — Ut. ſ. eo. i gl. .i. ꝑtermiſſa.

ſed officio ſeparati, vitā ſuam tanq̄[a] mortuā plangunt, certi ꝙ recōciliati ſibi efficacis penitētie fructib⁹ a deo nō ſolū amiſſa[b] recipiāt[c], ſed etiam ciues ſupne ciuitatis effecti, ad gaudia ſempiterna pueniant.

Hoc idē pbat authoritate illa prophetica. In q̄cūq3 hora peccator fuerit cōuerſus ⁊ ingemuerit ⁊c. nō eīm ore confeſſus fuerit, ſed tm̄ cōuerſus fuerit ⁊ ingemuerit, vita viuet et non morietur. Hinc etiam idem propheta ait.

SCindite corda veſtra ⁊ nō veſtimēta. oſtēdens in contritione cordis q̄ in eiuſdem ſciſſione intelligit, non in confeſſione oris: que pars eſt exterioris ſatiſfactiōis, quam ſciſſurā veſtiū noīauit[d], a parte[e] totū intelligēs peccata dimitti. ¶ Hinc etiam per eundem prophetam ait dicens.

COnuertimini[f] ad me ī toto corde vr̄o, et ego conuertar ad vos. Cōuerſio[g] autē dicit quaſi cordis vndiq3 verſio. Si autē cor noſtrū vndiq3 a malo ad deū vertit, mox ſue cōuerſionis[h] fructū meretur: vt de⁹ ab ira ſua ad miam conuerſus, peccati preſtet indulgentiā, cuius primo preparabat vindictā. vn̄ datur intelligi ꝙ etiā ore tacēte, veniā cōſequi poſſumus. Hinc etiā leproſi[i] illi quib⁹ dn̄s p̄cepit vt oſtenderent ſe ſacerdotibus[k], in itinere anteq3 ad ſacerdotes venirent mūdati ſunt. Ex quo facto nimirū datur intelligi ꝙ anteq3 ſacerdotibus ora nr̄a oſtēdamus. i. peccata nr̄a cōfiteamur, a lepra pcti mundamur. Hinc etiā Lazarus[l] q̄ viuus de monumēto pdijt, nō prius de monumento eſt eductus, et poſtea a dn̄o ſuſcitat⁹ ſ3 lapide[m] remoto quo monumētū claudebat, ī ſepulchro[n] reuixit: ⁊ foras viuus prodijt. ¶ Hinc etiam vt dn̄s oſtēde-

a ¶ Tanq̄. j. ea. diſtin. in actione. ꝫ. l. diſt. et purgabit. et ca. de his vero.
b ¶ Amiſſa. i. pretermiſſa ⁊ dimiſſa ad tempus. ppoſitum quippe habent peracta pnīa ad priſtinum altaris officiū vn̄ ſpōte receſſerāt, remeare. vt. l. diſ. dn̄o ſancto. et. c. et purgabit.
c ¶ Recipiant. i. iudicētur digne recipere. h.
¶ Hoc idem. ¶ Hec eſt. vij. pars prime partis, in qua intēdit magiſter pbare ꝙ non in confeſſione, ſed in cordis cōtritione dimittūtur peccata. ſi eīm cōfeſſio eſt ſignum pnīe tantum ⁊c. et hoc probat. ix. authoritatib⁹ ſanctorum. Jo. de fan.

vij. pſ prime.

¶ Caſus. Ab hoc loco vſq3 ad. §. ſequentem per multas authoritates ⁊ per exēpla: et per argumēta probat Gratia. peccata dimitti in cōtritione cordis abſq3 oris cōfeſſiōe, ⁊ operis ſatiſfactiōe: ⁊ ſunt plana oia q̄ vſq3 illuc inducunt. ⁊ facit vnū. §. tm̄ vſq3 ad illū. §. alij econtra. et ſatis poteſt hoc ſtare. ſ3 in quibuſdā libris inuenio plures. §. et h⁹ voluit Lau. Beñ. ſic ponit caſum. Ab iſto loco inducit Gratianus authoritates euidentiores ad probandum ſuum propoſitum, ⁊ ſuſpendit concluſionem ſuam vſq3 ad. §. item ſi anteq3. et ibi infert concluſionem: et ab eodem. §. ſuſpendit iterum ſuam concluſionem vſq3 ad. §. cum ergo. et ita peruenit vſq3 ad. §. alij econtra. et hoc videbis per decē authoritates quas ponit in litera. Et ſcias ꝙ quidam in principijs omnium authoritatū caſum faciunt: ſed Hugo non facit, nec Gratianus: cum ſepe pauca verba de authoritate inducat. Octaue ſcilicet etatis ſurgentium. tunc enim fiet iudiciū, quod ab hominibus timetur. vel octaue diei que dicitur dies iudicij ⁊ aduentus. Dicit ergo timore octaue. i. iudicij et aduētus. Cum enim deus. verba ſunt Gratiani.

Johelis. ij. c
Johelis. ij. c. zach. j. a.

d ¶ SCindite. ¶ Nominauit. Et bene: quia ſicut ſcindere veſtimenta inutile eſt: niſi ſciſſio fiat per diſtinctionem ⁊ proportionem eius quod debet veſtiri, ita etiam ſatiſfacere exterius: id eſt confiteri exterius non prodeſt niſi precedat ſciſſio cordis: ſcil3 contritio ſecūdū cuius motum ⁊ modum ſequitur oris confeſſio ⁊ operis ſatiſfactio que ſciſſura veſtium appellatur Pe.
e ¶ A parte. Oris confeſſio eſt pars exterioris ſatiſfactionis, que hic totum dicitur: et. j. eod. quem penitet. Uel dic, ſuperius infinitatum efficitur pars inferioris infinitati. cum enim hec vera ſit, omnis homo eſt animal: vtroq3 termino infinitato recte conuertitur: ergo omne non animal eſt non homo. et ſic non ſcindere corda eſt inferius ad non ſcindere veſtimenta. planius dixiſſet a toto ad partem.

Supl⁹ īfinitatū efficitur pſ inferioris infinitati.

f ¶ COnuertimini. Sed nūquid ſtandum eſt huic ordini, vt p̄ma ſit noſtra conuerſio, ſequēs dei: videtur. argu. xliij. diſtinct. ſit rector. extra de vita et honeſta. cleric. cap. vlt. in fine. Argum. contra. j. diſtinc. iiij. dicit dominu⁹. ff. de ſol. nec enim. Et preterea nemo meretur primam gratiaz. quo modo ergo hoc p̄cipitur alicui cōuertimini ⁊c. Solu. tale eſt † iſtu d quale illud: ſurge q̄ dormis, et exurge a mortuis: et illuminabit te Chriſtus. Uel reſpicit hic ordinem iuſtificationis: quia contritio qua ꝯterimur cauſaliter precedit remiſſionē et ſic contritio que ex libero arbitrio pcedit meretur remiſſionez: que tamē gratie (q̄ omnia p̄cedit) erit attribuenda tanq̄ cauſe. quidam tamen prius ponunt remiſſionem. Uel cōuertimini. i. oſtēdite vos humiles ad conuerſionem: ⁊ ego conuertar ad vos. i. primā gratiā vobis infundā: arg. j. diſt. v. falſas. Uel dic conuertimini per omiſſionem culpe ad quā quilibet tenet: non per gratiā habendā quā nemo meretur vel demeret: ſicut vides in radio ſolis: ſi enim aperio feneſtrā intrabit ſol. ſi clauſero non intrabit. tn̄ nō poſſum eum cogere ꝙ intret. vnde dictum eſt de hoie ꝙ eſt ſpūs vadens ⁊ nō rediēs p ſe. ſi tn̄ habeat gratiā, pōt mereri vitā eternā. vn̄ non valet hoc arg. iſte nō pōt mereri qđ min⁹ eſt: ergo nec qđ maius. Itē nec hoc: iſte eſt magis malus hodie q̄3 heri: ergo minus habilis ad ſuſcipiendā gratiā q̄3 heri. inſtantia eſt in cepha. i. Petro. h. ‡
g ¶ Cōuerſio. Arg. ꝙ nō tm̄ valet verbū ſimplex quātum compoſitū. Arg. cōtra. ff. ad leg. aquil. ſi ſeruus. §. inquit. vbi dicitur ruperit. i. corruperit.
h ¶ Sue conuerſionis. arg. ꝯtra. xj. q. iij. qui iubente. ‡‡ ſed hic de fructu remiſſionis diuine: ibi humane.
i ¶ Leproſi. Sc3 decem: de quibus legitur in euangelio Luce: qui deſignant peccatores.
k ¶ Sacerdotib⁹. Primo ergo eſt deo cōfitendū: poſtea ſacerdoti. j. e. §. ex his omnibus.
l ¶ Hinc etiā Lazarus. i. peccator cōſuetudine peccādi depreſſus. Arg. j. diſt. ij. ſicut tribus.
m ¶ Lapide. Onere peccati.
n ¶ In ſepulchro. Id eſt in cordis contritione.

Cōuertimini ad me, et ego conuertar ad vos: q̄lr intelligit.
Luce xvij. d.
† i. talis eſt modus loq̄ndi.
Contritio p̄cedit remiſſionem.
‡ Ut. l. diſt. fidelior.
‡‡ Ubi loquit̄ ꝺ venia pene. Cōfitere p̄mo deo deinde ſacerdoti.

ret ꝙ non ſacerdotali iudicio, ſed largitate diuine gr̃e pctõr emundatur, leproſum tangendo mundauit[a], ⁊ poſtea ſacerdoti ſacrificium[b] ex lege offerre precepit[c]. Leproſus eñ̄ tangitur, cuȝ reſpectu diuine pietatis mẽs peccatoris illuſtrata cõpungitur. Unde poſt trinam negationẽ Petrus dño eũ reſpiciente ꝓfudit amaras lachrymas quib⁹ culpã negationis ſue diluit. Leproſus ſemetipſum ſacerdoti repreſentat, dũ pctm̃ ſuũ ſacerdoti penitens confitet̃. Sacrificiũ ex lege offert, dũ ſatiſfactionem ex eccleſie iudicio ſibi impoſitam fact̃ exequit̃. Sed anteq̃ȝ ad ſacerdotẽ perueniat emundatur, dũ per contritionẽ cordis ante cõfeſſionẽ oris peccati venia indulgetur. Hinc etiã medici negantur ſuſcitare aliquem vt reſuſcitatus confiteatur, dũ per prophetã dicitur: Nũquid medici[d] reſuſcitabũt et confitebuntur tibi? Item. A mortuo[e] (vt authoritas[f] dicit) perit[g] confeſſio, velut[h] ab eo qui non eſt. Unde penitens ille qui timore octaue reſurrectionis territus exclamauerat, Domine ne in furore tuo arguas me, neq̃ȝ in ira tua corripias me: poſtea ſupplicans aiebat: Saluum me fac ꝓpter miſericordiã tuam, quoniã nõ eſt ĩ morte qui memor[i] ſit tui: in inferno autẽ nullus tibi confitebit̃. Si ergo[k] nullus cõfitebit̃ tibi niſi reſuſcitatus, nemo autem viuit eterne gehenne fili⁹, ⁊ ꝑpetua dãnatiõe[l] dign⁹: patet[m] ꝙ anteq̃ȝ q̃ſq̃ȝ cõfiteat̃ pctm̃, a reatu ſue preuaricationis quo eterna ſibi debebãtur ſupplicia, per gratiam interne cõpũctionis abſoluit̃. Item. Si anteq̃ȝ[n] quiſq̃ȝ cõfiteatur, a deo reſuſcitatur: vel reſuſcitatus viuit dum cõfitetur, vel poſt reſurrectionẽ iterũ mortuus eſt, ⁊ confitetur. ſed ſicut anteq̃ȝ reſuſcitaret̃ mortuus confiteri non poterat: ſic poſt reſurrectionẽ mortuus cũ fuerit, cõfiteri non valet. reſtat ergo vt reſuſcitatus viuat dum pctm̃ cõfitetur. ergo ſola contritio in qua fit reſuſcitatio, tollit peccatum. habet itaq̃ȝ reſuſcitatorẽ ſuũ ſibi preſentẽ, ſeq̃ȝ inhabitãtem. Unde Auguſtinus ait in pſalmo. lxij.

Reſuſcitatus corpore, viuit abſente reſuſcitatore. non autẽ ſic reſuſcitatus in aia[o]. cum eñ̄ deus ſit vita anime, anima vero vita corporis: ſicut corpus viuere nõ poteſt abſente anima, ita nõ niſi deo p̃ſente aia viuere valet. habet itaq̃ȝ aia ſibi deũ preſentẽ per gratiã, q̃ viuẽs pctm̃ ſuũ confitet̃: eãq̃ȝ vitã q̃ deus eſt inhabitat, quã inhabitando viuere facit. ſi aũt[p] illã ĩhabitet, ergo templũ ſpũſſancti facta eſt, ergo illuminata eſt, ergo a tenebris peccatorũ expiata eſt, ergo templũ diaboli eſſe deſijt: q̃ ad lucẽ venit cuius reſpect⁹ tenebras fugat. Nulla enim (vt ait apl's[q]) cõuẽtio[r] Chriſti ad Belial[ſ], nulla participatio lucis[t] ad tenebras, nulla cõicatio iuſtitie et iniquitatis, nullus cõſenſus templo dei cum idolis. Item vt Chriſtus ait: Omnis qui odit malum, in luce agit. qui autẽ in luce agit (ſicut Augu. ait) in Chriſto operatur. q̃ autẽ in Chriſto opat̃, ei⁹ filius ꝓbatur. Cuius eñ̄ opera quiſq̃ȝ facit, eius filius eſſe perhibetur. vnde quibuſdam dñs ait[v]: Si filij Abrahe eſtis, opera Abrahe[x] facite. Item. Uos ex patre diabolo eſtis: q̃r opera patris veſtri facere vultis. Nemo autem filius dei et diaboli ſimul eſſe poteſt. nemo enim (vt ipſe ait) duobus[y] dominis ſimul ſeruire poteſt. Item vt Jo. ait in ep̃la ſua.

a ¶ Mũdauit. in euãgelio matthei.
b ¶ Sacrificiũ. i. ſatiſfactionem.
c ¶ Precepit. ẜ. xxiij. diſtinc. dñs. et ita ex precepto tenetur q̃s cõfiteri.
d ¶ Medici. i. ſacerdotes, qui medicinã anime preſtãt. † ſed deus dicitur medicus: vt ẜ. diſtinc. iij. adhuc inſtant. xxiij. q̃one iij. nabuchodonoſor. et. xj. queſt. iij. quomodo.

Sacerdotes dicunt medici. † Nam ſũt medici aiaruȝ, ſed cã a peccat̃ nõ mũdãt ſed ad eaȝ mundationem ſuũ officiũ exercent. Archi.

e ¶ A mortuo. i. permanẽte in peccatis.
f ¶ Authoritas. In libro Jeſu filij Syrach, ſcilicet eccleſiaſtico.
g ¶ Perit. id eſt non eſt: quia non penitet talem: vt ẜ. diſti. iij. iudas. et ita perit hoc quod nõ eſt. Argum. ff. de conſtit. pecu. id quod. vel ſi eſt, nõ eſt vtilis quo ad vitam. arg. ꝙ reſcriptum ab excommunicato impetratum ſit nulluȝ ipſo iure. Arg. cõtra ẜ. de conſec. diſtinct. ij. et dixit.
h ¶ Uelut. Qui enim peccat, null⁹ eſt: quia peccatum ducit ad non eſſe, cũ nihil ſit, ‡ iuxta illud: Et ſine ipſo factum eſt nihil. et eſt velut ſimilitudinarium. ſed ad literam poteſt hic intelligi: quia poſt mortem nemo valet confiteri, vt de illo diuite legitur i euangelio.

Peccatum ducit ad ni eſſe. ‡ Jo.co. bi.ij.§. fina.

i ¶ Qui memor. quantum ad gratie ſuſceptionẽ duȝ eſt in peccato.
k ¶ Si ergo. quaſi dicat nullus ad ſui ſalutem.
l ¶ Damnatione. extra de bap. et eius effect. maiores.

m ¶ Patet. Ecce concluſio magiſtri.
n ¶ Si anteq̃ȝ. habito ꝙ ante confeſſionem peccator reſuſcitatur, probat ꝙ quando confitetur, non eſt in peccato. ſi eñ̄ poſt reſurrectionẽ ſuaȝ anteq̃ȝ confiteatur incipiat mori, id eſt peccato obligari, ſequeretur ꝙ mortuus: id eſt in peccato exiſtens confiteret̃, quod tamen non poteſt eſſe ante reſurrectionem nec poſt. a mortuo enim ⁊c̃. perit confeſſio. concludit ergo ꝙ viuens id eſt a reatu peccati abſolutus cõfitetur, et ita in confeſſione non dimittitur peccatum.
o Reſuſcitat⁹. ¶ Anima. Nota animaȝ alio modo ſuſcitari q̃ȝ corpus.
p ¶ Si autẽ. verba magiſtri.
q ¶ Apoſtolus. In epiſtola ſecunda ad Corinthios vj. ca. ij. cor. vj. c.
r ¶ Conuentio, id eſt communicatio.
ſ ¶ Belial. apoſtata interpretat̃.
t ¶ Lucis. id eſt illuminationis. et eſt arg. ꝙ contraria ſeſe nõ patiuntur. argu. xvj. q̃o vij. in nona. ẜ. eo. §. cum ergo. Joan. iij. c.
v ¶ Dominus ait. In euangelio Joannis.
x ¶ Abrahe. ẜ. xxij. queſtio. ij. queritur. §. item opponitur. Joan. viij. c.
y ¶ Duobus dominis. exigẽtibus contraria.
y ¶ Duobus. diuerſis, puta in eo ꝙ ſunt diuerſi. al's ſecus. ff. de ope. li. duorum. Mat. vj.

QUi natus eſt ex deo[a] nō peccat[b]. ergo non eſt filius diaboli[c]. ſolo[d] enim peccato diaboli filij ſumus. ergo de eius regno tranſlati ſumus in regnū claritatis filij dei, et ſumus erepti de poteſtate tenebrarum, et facti ſumus filij lucis. Cum ergo ante confeſſionem (vt probatū eſt) ſumus reſuſcitati per gratiam, ⁊ filij lucis facti: euidentiſſime apparet ꝙ ſola cordis cōtritione ſine confeſſione oris peccatū remittitur. Item Joannes.

OMnis q̄ nō diligit deū, in morte manet. ſi ergo viuit[e], et diligit: ſi diligit, dilectio eſt in corde. dilectio autē in malo non eſt: eſt em̄ ꝓprius fons bonorū, in quo nō cōicat alienus[f]. ergo bon⁹ eſt iſte factus per gratiā ante confeſſionem pcti. non itaqꝫ malus eſt. bonus em̄ et mal⁹ aliqs ſimul eſſe nō pōt. ꝙ ſi malus nō eſt, mēbrū diaboli non eſſe ꝓbaṫ. nec ergo dignus eſt gehēna, q̄ diabolo et mēbris ei⁹ ſolūmodo debeṫ: ſicut eterna beatitudo ſolūmodo mēbris chr̄i paratur. Non ergo in cōfeſſione pctm̄ remittiṫ, quod iā remiſſum eſſe ꝓbatur. Fit itaqꝫ confeſſio ad oſtēſionem pnīe, non ad impetrationem venie: et ſicut circunciſio data eſt Abrahe in ſignū iuſtitie, non in cauſam iuſtificationis: ſic confeſſio ſacerdoti offertur in ſignū venie accepte, nō in cauſam remiſſionis accipiēde. Alij ecōtra teſtanṫ[g] dicētes ſine cōfeſſione[h] oris, ⁊ ſatiſfactione operis neminem a peccato poſſe mūdari, ſi tp̄s ſatiſfaciēdi habuerit. vnde dn̄s per ꝓphetā ait[i]: Dic tu iniq̄tates tuas vt iuſtificeris[k]. Item Ambro. in libro de paradiſo.

NOn pōt quiſq̄ a pctō iuſtificari niſi peccatū ante fuerit cōfeſſus[l]. Idem in ſermone quadrageſime.

ECce nunc tp̄s acceptabile adeſt, in quo cōfeſſio aīam a morte liberat. cōfeſſio aperit paradiſum. cōfeſſio ſpem ſaluandi tribuit. Unde ſcriptura dicit: Dic tu iniquitates tuas vt iuſtificeris. His verbis oſtēdiṫ q nō mereṫ iuſtificari, q̄ in vita ſua pctā noluit cōfiteri. Illa ergo cōfeſſio nos liberat a morte que fit cū pnīa. Pnīa vera[m] eſt dolor cordis et amaritudo aīe ꝓ malis que quiſqꝫ cōmiſit vel conſenſit. Penitentia eſt preterita mala plangere[n]: ⁊ plangenda iterum non committere. Item Joānes chryſoſtom⁹.

PErfecta[o] penitētia cogit[p] pctōrē oia libēter ſufferre. in corde em̄ cōtritio, in ore confeſſio, in opere tota[q]

a QUi natus. Ex deo. cooperante per gratiā vel baptiſmum.
b Peccat. coniunctim intellige dum moraṫ in ſanctitate percepta, ⁊ regeneratione dei. Qđ ſic debeat intelligi, habetur .J. diſt. ij. §. item ſm̄. et ca. ſi enim inquit.
c Diaboli. et ita ex virtute vel peccato nomen amittimus, ſicut et lex dicit ꝙ adoptatus a ſenatore in filium, filius ſenatoris diciṫ. ff. de ſenato. ſenatoris filius. ⁊ nupta clariſſimo quādiu non nubit alij inferioris ordinis, clariſſima dicitur: vt. ff. de ſenato. femine.
ſ. Joā. iij. b.
Nomē amittiṫ ex virtute vel pctō.
d Solo. magnū aūt peccatum eſt non agere penitentiā, ⁊ ſuo ſibi cōplacere delicto. .J. diſtin. e. ſup tribus.
ſ. Jo. iiij.
e OMnis. Uiuit. ꝑ graꝫ.
f Alien⁹. a charitate ꝑciſus, ſcilꝫ ad mortem. .J. eo. in actiōe. extra de regula. ⁊ trāſeun. ad reli. licet. in fi.

Alij econtrario.
Hec eſt ſecunda pars di. in qua probat magiſter ꝙ ſi poteſt cōfiteri qs, et nō vult, non ſaluaṫ. qđ eſt verum. Et ſubdiuidiṫ hec pars i. vj. partes. Scđa ibi, et venit. Tertia ibi, Nemo poteſt. Quarta ibi Poteſt fieri. Quinta ibi, Quantuſlibet. Sexta ibi. Nō nulli. Jo. de fan.
Gen. xvij.
Caſus. Allegat nunc Gra. pro alia parte ſcꝫ ꝙ adulto et diſcreto peccatū nō dimittatur ſine oris confeſſione, et operis ſatiſfactione: ⁊ ad hoc inducit multas authoritates vſqꝫ ad §. illum, his authoritatibus. que quandoqꝫ modicum quandoqꝫ nihil faciunt ad ꝓpoſitū, ſicut tu ipſe videbis, ſicut etiā ſuperius fecit.
g Alij econtrario teſtantur. Ab hoc loco vſqꝫ ad §. his authoritatibus, ꝑ alia parte allegat, ꝙ ſcilicet adulto peccatum non dimittitur ſine oris confeſſione. quod tamen falſum eſt, bene tamē dicimus ꝙ licet cordis contritione dimittatur peccatum, confeſſio tamen mundat, et ſatiſfactio mundat: et ſic magis ac magis mundatur homo, ſicut magis ac magis innouatur homo .J. de conſecra. diſtin. iiij. non ex quo. Authoritates hic inducte parum vrgent ſi diligenter exponantur.
Confeſſio ⁊ ſatiſfactio mūdant.
h Sine confeſſione. Id eſt ea contempta, vt primam opinionem defendas, iuxta verbum illud dominicum: Uade, ⁊ amplius noli peccare. .J. diſt. iij. ſi apoſtolus.
i Per prophetam ait. Dic, duplex eſt cōtritio ⁊ confeſſio, ſcilicet interior et exterior. de interiori, ſcilꝫ que fit deo, dicitur ꝙ ſine cōfeſſione non dimittūtur peccata. Uel dic, id eſt ꝑpoſitum habes dicendi ore.
Confeſſio eſt duplex.
k Juſtificeris, i. a peccato munderis, vel bonis operib⁹ replearis. vel vt, conſecutiuū nō eſt. vel vt iuſtus alijs videaris exemplo tui proficientibus. Uel intelligiṫ de exteriori: vt iuſtificeris quo ad alios, non quo ad deū: apud quem iuſtificatus es, ar. .J. eo. c. iudicet.
ij. pa. Deo cōfeſſione. de Joā. Chryſ. Confeſſio ē ſaluatiua aiaꝫ, reſtauratrix virtutū, diſſipatrix vicioꝝ, purgatrix demonū, qđ plaraſtruit, oſtēdit portas paradiſi.
l NOn poteſt. Cōfeſſ⁹, ſcꝫ deo: vt .J. e. ſufficit. confeſſio oris fit ſacerdoti: cordis fit deo .J. eo. quāuis. opis primo. xj. q. iij. exiſtimant.
De iſta habetur .J. pō. Cō. fi. cui nō dño. q̄n bonus.
ECce. Caſ⁹. Confeſſio liberat hominem a peccato: q̄a ſine ea nemo pōt ſaluari: et ad hoc probandū inducit authoritatem prophete, ⁊ hoc in prima parte. In ſecūda parte ponit duas diſtinctiones penitentie, per quas ꝓbat ꝙ actus exterior eſt neceſſari⁹ ad penitentiam. Secunda ibi Penitentia vera. Sed certe prima definitio magis ꝓbat primā opinionē q̄ ſecundam.
m Uera eſt. ergo ſufficiens. melius probat authoritas hec primam opinionem q̄ ſecundam.
n Plangere. non eſt hec deſcriptio, quia hoc habuit Judas ex timore ſeruili: ſed eſt qualiſcunqꝫ aſſignatio.
o PErfecta. hoc cap. habes .J. diſtinctione. iij. circa principium.
p Cogit. hoc intellige quātum ad ſenſualitatem que ſemper rationi repugnat. vnde apoſtolus: Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, ⁊ econuerſo. Gala. v.
Senſualitas rōni repugnat.
q Tota. Id eſt omnis eius gradus.

humilitas[a], hec eſt fructifera[b] penitentia. Idem.

NOn poteſt q̇s[c] gratiā dei celeſtis accipe, niſi prius purgat⁹ fuerit ab omni ſorde[d] pctī per penitētie cōfeſſionē[e], per donū baptiſmi[f] ſalutaris. Idem Auguſtinus.

NUllus debite grauioris pene accipit veniā[g] niſi qualemcunqꝫ etſi longe minorem q̄ꝫ debeat penā[h] ſoluerit. ita enim impertitur a deo largitas[i] miſericordie, vt non relinquat[k] iuſtitia diſcipline.

Idem Uincentio.

NEminem putes ab errore ad veritatem, et a quocunqꝫ ſeu magno[l] ſeu paruo peccato ad correctionem ſine penitentia poſſe tranſire[m].

Idem de penitentia.

AGite[n] penitētiam qualis agitur in eccleſia, vt oret pro vobis eccleſia. nemo dicat ſibi occulte ago, apd̄ deū ago, nouit deus qui mihi ignoſcat que in corde[o] ago. Ergo ſine cauſa dictum eſt: Que ſolueris in terra, ſoluta erunt et in celo. Ergo ſine cauſa claues[p] date ſunt eccleſie dei, fruſtram⁹ euangeliū[q] dei, fruſtramus verbū Chriſti? ſi pmitti-

a ❡ humilitas. ne ſuperbia efferatur, vt phariſeus. Uidetur approbare eoꝝ ſententiam qui dicunt q̄ remiſſio preponēda eſt iuſtificationi. ſed hec dicta ſunt de gratia iuſtificante. vel gratiā. i. gratie augmentum: vt non intelligas de gratia iuſtificante, vel non poteſt innoteſcere gr̄e acceptio. nā res tunc fieri dicit quando innoteſcit. Uel hec dictio purgatus, ponitur in vim noīs, nō participij. oīa enim hec ſimul ſunt tēpore.

b ❡ Fructifera. Not. q̄ in peccato mortali tria attendunt, impudētia, delectatio, et perpetratio. cōtra hec tria triplici remedio opus eſt: contra impudentiā cōfeſſio: in q̄ eſt verecūdia. j. e. quē peniteт. delectationi opponit amaritudo cōtritionis: perpetrationi opponitur operis ſatiſfactio. j. diſtin. ij. et iij. Sed nunquid de venialibus tenetur quis cōfiteri? videtur q̄ non, q: res pene ɔtra naturā eſt etc̄. vt. xxv. di. §. criminis. Dico q̄ de venialibus maioribus tenetur quis confiteri: de quibus dicit authoritas, vitaſti grandia, caue ne obruaris arena. j. ea. tres ſunt. ſꝫ eſt generalis confeſſio et ſpecialis. ſpeciali indigent mortalia. vnde pſ̄. Lauabo per ſingulas noctes lectum meum id eſt conſciētiam meā emundabo diſcurrens per ſingulas noctes. i. per ſingula mortalia: de ſingulis ſcilicet confitendo et ſatiſfaciendo ſingillatim non confuſe. in generali vero ſufficit confiteri venialia, vt fit in miſſa cum dicit ſacerdos: ɔfiteor deo etc̄. Illud non credo q̄ exiſtenti in mortali peccato dimittuntur venialia. j. diſtinc. iij. de quotidianis.

*[Marginal notes: Mortalia pctō tria attēdunt. — Confeſſio an debeat fieri de venialibus. — Idem Aug. et Pet. — Idem Aug. et Pet.]*

c NOn poteſt q̇s. j. de confe. diſt. iiij. non poteſt.

d ❡ Sorde. j. de pe. diſt. i. iij. §. his authoritatibus. et ca. ſunt plures.

e ❡ Confeſſionem. interiorem. i. cordis dolorem et amaritudinem quo ad adultos.

f ❡ Baptiſmi. quo ad infantes. vel per baptiſmum primo: ſecundo per penitentiam que eſt ſecunda tabula. j. eo. quamobrem.

g NUllus. ❡ Ueniam. quātum ad eccleſiam.

h ❡ Penam. non videt hoc eſſe verum nec de interiori penitētia, nec de exteriori. nam ſi de interiori que peccata deleuit, ergo et charitas affuit: q: aliter non delentur peccata niſi per charitatē. tanta ergo eſt hec pena ex quo charitas adeſt quanta eſſet maior que excogitari poſſet: et hic dicit qualemcunqꝫ. ſed nec de exteriori: q: quandoqꝫ ſine omni pena exteriori dimittitur peccatum, iuxta illud: Uade, et amplius noli peccare. j. diſt. iij. ſi apoſtolus. ſed tamen exaudi hoc de interiori. q̄ ergo dicit, et ſi longe minorem, dic quo ad acerbitatem ſcꝫ pene. nam pena interior et ſi tanta ſit, non tamen ita acerbe affligit: et ita non eſt contra. j. diſt. iij. productior. quia illud de exteriori, vel illud de peccato originali: vt ibi dicam. Item contra. s̄. xlviij. diſtinc. omnes. vbi eſt verbum apoſtoli: Sicut exhibuiſtis membra veſtra etc̄. hic autem dicitur q̄ non ſic, ſed ſufficit qualitercunqꝫ. Sol. non attenditur ibi paritas ſm̄ radices motuum, ſed ſm̄ modum penitēdi. q. d. ſi manib⁹ peccauim⁹, extēdimus eas ad bona opera. ſi lingua loquamur bonum: et ita de alijs membris. vt in quibus plus deum offendimus, plus in illis peniteam⁹. vnde legitur q̄ rane interemerunt reliquias Pharaonis, hoc eſt vaniloquia: non autem poſſet attēdi ſm̄ radices motuum.

*[Marginal notes: Idem Hu. vn̄ dic penā. ſ. interiorē, ſ. cordis amaritudinē, et dolorē et cōpunctionē: ſine q. ſ. pena interiori peccatū nō dimittitur. — ſm̄ Hu. pctā ſine charitate nō delētur.]*

i ❡ Largitas. q: in infinitum magis extenditur bonitas q̄ꝫ iniquitas: cum enim charitas creſcit, non habet obicem, ſed in infinitum creſcere poteſt. Nam ratio naturalis eſt illi cōſona, que eſt ɔtraria iniq̇tati. vnde iuſtorum ſemita quaſi lux ſplēdēs creſcit in perfectū diē. j. diſtin. ij. non reuertebant. ſꝫ iniq̇tas habet obicē, ſcꝫ ſuperiorē partē rationis, q̄ ſemper remurmurat male agēti, et etiā offenſio creatoris. s̄. diſt. vj. §. ſed penſandū.

*[Marginal note: Charitas i infinitum creſcere pōt. Mat. xvj. c.]*

k ❡ Non relinquat iuſtitia. ita eſt miſericors deus q̄ etiam iuſt⁹, q: nullū peccatū preterit impunitū. q. d. lꝫ ſit ita miſericors, non tn̄ ita eſt de ei⁹ miſericordia ɔfidēdū, vt euaneſcamus per ſpem: immo miſericordiam et iudicium cantabo tibi dn̄e: terrin ergo iuſtitia, confidam⁹ de miſericordia: confiſi de miſericordia, timeamus de iuſtitia: miſericors eſt, q: quemlibet punit citra demeritum, et remunerat vltra meritum: iuſtus, q: nullū peccatum preterit impunitum. xxij. q. vi. quotiens.

*[Marginal note: De⁹ eſt nō ſolū miſericors, ſꝫ etiā iuſtus.]*

l NEminem. ❡ Magno. ſi de venialibus hoc intelligas, ponitur penitētia pro penitudine. arg. j. de conſe. diſt. ij. iteratur. arg. j. e. tres.

m ❡ Trāſire. vt magis iuſtificemini. j. de ɔſe. di. iiij. oēs q̇ iam. s̄. xxiij. q. iiij. q̇d faciet. et q. vij. quēadmodū.

AGite penitentiā. ❡ Caſus. Quidā erant q̇ cōtēnebant ɔfiteri vel ſatiſfacere de peccatis ſm̄ preceptū eccl'ie, dicētes ſibi ſufficere ſi occulte penitētiā agāt: q̇b⁹ precipit Aug. vt penitentiā in ɔſpectu eccl'ie agāt: cui nō ſine cauſa date ſunt claues ligādi et ſoluēdi: et q̄ hoc facere debeant: pbat authoritate Job.

n ❡ Agite. Alloquitur contemnentes et negligentes cōfiteri et ſatiſfacere ſm̄ preceptum eccleſie. vt intelligatur de exteriori penitētia. inferēda eſt hec authoritas et quedam ſequentes. Uel hec authoritas intelligitur de interiori penitētia et ſatiſfactione: ſicut magiſter dicit. j. eo. §. his authoritatibus.

o ❡ In corde. Supple: et ideo non indigent ſacerdotali iudicio: et ſic bene ſequitur: ergo ſine cauſa. ſimile ex de ſenten. excom. a nobis. ij.

p ❡ Claues. ſi em̄ ſine arbitrio ſacerdotis penitētia ageret: fruſtra ſacerdotib⁹ claues eſſent cōmiſſe.

q ❡ Euangelium. Eſt ergo preceptum euangelij. penitentiam agite. et Salomon: Qui abſcondit ſcelera vel peccata ſua: non videbit lumen in eternum. Et Jacob⁹: Confitemini alterutrum etc̄.

*[Marginal note: Confeſſio eſt p̄cepti.]*

mus verbis[a] qđ ille negat, nõne vos decipimus? Job dicit: Si erubui in conſpectu populi peccata[b] mea confiteri. Atq₃ ideo ſi non potuiſtis vel noluiſtis habere pudicitiam coniugalem ſeu continentiam, ⁊ deuiaſtis a propoſito vel vinculo cõiugali: vel deuotione continentie ſit in vobis dolor ⁊ humilitas penitentie. Apertius dico: nemo dicat, non intellexi: q2 poſt vxores veſtras illicito cõcubitu vos maculaſtis, ſi preter vxores[c] veſtras cum aliqua concubuiſtis, agite penitentiam ⁊c̃.

Item Hiero. ſuper Exodũ.

ET venit[d] (inq̇t) Aaron et omnes preſbyteri de Jſrael manducare panẽ cum ſocero Moyſi in cõſpectu dei. Oia ergo que faciunt ſancti, in conſpectu[e] dei faciunt: peccatores autem a cõſpectu dei fugiunt[f]. deniq₃ ſcriptũ eſt ꝙ Adam poſtq̃₃ peccauit fugit a conſpectu dei, ⁊ interrogatus reſpondit: Audiui (inquit) vocem tuã ⁊ abſcondi[g] me, q2 nudus[h] eram. Sed ⁊ Cain de fratricidio condẽnat⁹ a deo, exijt (inq̇t) a facie dei, ⁊ habitauit in terra Naim. Exijt ergo a facie dei q̇ indign⁹ eſt conſpectu eius. ſancti autẽ manducant ⁊ bibunt in conſpectu dei: et oĩa que agũt, in ꝯſpectu dei agũt. Ego amplius[i] adhuc locum preſentem diſcutiens, video ꝙ qui pleniorẽ[k] dei ſcientiã accipiunt, ⁊ plenius diuinis imbuti ſunt diſciplinis, iſti etiam ſi malum faciunt, coram deo faciunt, ⁊ in conſpectu[l] eius faciunt, ſicut ille qui dixit: Tibi ſoli[m] peccaui, ⁊ malum corã te feci ⁊c̃. quid ergo plus habet[n] qui malum coram deo facit? illud profecto ꝙ continuo penitet, et dicit peccaui. qui autem diſcedit a cõſpectu dei, neſcit[o] ꝯuerti, ⁊ peccatũ purgare penitẽdo. Hoc ergo intereſt, malum corã deo facere, ⁊ a cõſpectu dei diſceſſiſſe peccantẽ.

Item Auguſtinus.

SEd ⁊ cõtinuo qui dixerat, ſicut adama faciam te, ⁊ ſicut Seboim[p]: que due vrbes ex vicinia[q] Sodomoꝝ parilis excidij traxere cõſortium conuerſum eſt (inquit) cor meũ in memetipſo, conturbata eſt anima mea: nõ faciam ẽm iracundiam furoris mei. Nonne ergo apparet ꝙ ideo nob; peccantib⁹ indignatur dominus Jeſus, vt indignatiõis ſue terrore nos conuertat? Jndignatio ergo eius: nõ vltionis executio, ſed magis abſolutionis operatio eſt.

Itẽ Ambro. in li. de paradiſo.

Job xix. a.

Stat⁹ ſaluandoꝝ eſt triplex.

[f] et fuit hec viſio Ezechiel' ꝓphete q̇ vidit tres viròs ſaluãdos, ſ. Abrahã per quẽ figurant ꝯtinentes Danielẽ p quẽ virgines, Job p quẽ coniugati. Pe.

Gen. iij. b.

Gen. iiij.

Verſ⁹.

Adam ãte peccatum erat nudus.

ps. l.

Reuertens in breui, non diuertit.

Oſee xi. c.

Ciuitates ſex deſtruxit dñs iuxta iordanẽ.

a ❡ Verbis. i. inutiliter, ſic. ff. ſi cer. pet, certi. §. quoniã igitur. in fi. §.

b ❡ Peccata. Apoſiopeſis. i. defectus orationis pre indignatione vel alio ſimili.

c ❡ Preter vxores. tres enim tantum ſunt ſtatus ſaluãdorum, cõiugatorum, continentiũ, ⁊ virginum: vt extra de ſum. trini. firmiter. §. vij. qõ. ij. in preſenti. xiij. diſtinc. nerui. [f]

ET venit. ❡ hec eſt ſecũda pars ſcõe partis, in qua probat ꝙ qui ſtatim confitetur, non videtur cecidiſſe, quia ſemper eſt in cõſpectu dei. ⁊ hoc ꝓbat per vi. ca. Jo. de ſan.

❡ Caſus. Probat Hierony. in hoc ca. ꝙ in conſpectu eccleſie debet q̇s facere penitentiam, et hoc facit exemplo preſbyteroꝝ iſrael, qui cum ſocero Moyſi in conſpectu eccleſie cõederunt. mali vero a conſpectu eccleſie ⁊ dei fugiũt: quod ꝓbatur exẽplo Adam, ⁊ exemplo Cain. boni autem omnia in conſpectu dei et eccleſie faciũt. ❡ Jnq̇t, ſc₃ Moyſes: ⁊ tangit id quod legit in Exodo, ſc₃ cum Jetro ſocer Moyſi veniſſet ad eu₃ in deſertum, venit Aaron et oẽs ſeniores vt comederent panem cum eo coram domino.

d ❡ Et venit. Jllud tangitur quod legit in Exodo, ſc₃ cum Jetro ſocer Moyſi veniſſet ad eum in deſertum, venerunt Aaron ⁊ ſeniores omnes iſrael vt comederẽt panem cum eo. Jetro pater fuit Ethiopiſſe vxoris Moyſi. ij. q. iij. c. plerũq₃. §. item obijcitur.

e ❡ Jn ꝯſpectu. q2 ſtatim penitẽt cũ forte malũ faciũt.

f ❡ Fugiũt. q2 penitere ꝯtẽnũt, vt dicit. j.

g ❡ Abſcondi. ſ₃ fruſtra: q2 ſi aſcendero in celũ, tu illic es. vnde ſuper illo verſu poſuit Anſelmus hos ꝟſus.
Quo fugis encelade? quaſcũq₃ acceſſeris oras:
Sub ioue ſemper eris, bene fac ſi viuere queris. j. diſtinctione. ij. §. vlti.

h ❡ Nudus. non ſolũ amictu corporis, ſed etiã ment;, q2 etiã prius nudus erat veſte. j. diſt. ij. vt cognouerunt. ſed erat hic nud⁹ virtutib⁹. j. diſt. ij. c. nõ eſt. §. romanos. nec tñ erubeſcebat Adã, ſicut ⁊ pueri q̃₃diu non peccãt, nõ erubeſcũt ire nudi: ſ₃ poſtq̃₃ pruritũ ſenſerint in mẽbris illis, naturaľr ſtatim erubeſcũt ire nudi.

i ❡ Ego amplius, modus loquendi eſt iſtius Hiero. vt viij. queſt. j. l₃. ⁊ eſt argu. pro veritate ſepius examinanda: vt. xxxv. qõ. ix. graue.

k ❡ Pleniorẽ. Sẽſus eſt, peccat coram deo qui tanq̃₃ dei preſentiam erubeſcens continuo penitet. non enim diuertit qui in breui reuertitur, et a cõſpectu dei diſcedit qui penitere cõtẽnit. ar. j. e. diſtin. diuortium.

l ❡ Jn cõſpectu. j. xvij. q. j. q̇ bona.

m ❡ Soli. regum enim delicta ſolum deũ habent vltorẽ, nã aliũ non timent. j. diſtic. iij. torã. hic tamen alia videtur expoſitio.

n ❡ Plus h₃. q̃₃ ille q̇ a cõſpectu dei fugit, et malũ agit non corã deo.

o ❡ Neſcit. i. contẽnit. arg. xxv. q. j. hoc conſona. redibit tamen ſi predeſtinatus eſt. j. di. ij. cap. ſuper trib⁹. §. hec itaq₃. ⁊ ca. q̃cũq₃. ꝟ. firmum.

SEd ⁊ ꝯtinuo. ❡ Caſ⁹. Probat Aug. hoc exẽplo iudaici populi, ꝙ ſi peccator vult penitere, et peccatum corrigere, de⁹ q̇ pro peccato fuerat iratus, reuocat iram, et indulgentiam preſtat. et ad hoc inducit authoritatem Oſee prophete contra Hieruſalem. Sed certe in hoc ca. non bene colligitur vtrum de interiori ſatiſfactione loquatur.

p ❡ Seboim. Sex fuerunt ciuitates quas deſtruxit domin⁹ iuxta iordanẽ, Sodoma, Gomorra, Adama, Seboim, Segor, Eleale, que eſt Bale. vnde effectus eſt locus aſphalti, qui dicitur mare mortuum: ⁊ aqua illa nec eſt natabilis, nec potabilis. ibi ferrum natat, pluma mergitur: ibi ſunt poma pulcherrima exterius, interius autem plena fauilla ⁊ cinere. his verbis deſcribitur luxuria. xxxv. diſt. luxurioſa.

q ❡ Ex vicinia. ff. de contrahen. empt. quod ſepe. §. vlti. argu. ex vicinitate contrahi vitium. xliij. diſti. ca. cum

SErpens[a] decepit me, ⁊ manducaui. ¶ Venialis[b] culpa, quā ſequit̃ profeſſio delictoꝝ: ideo non deſperata[c] mulier, q̄ non reticuit deo, ſed magis confeſſa[d] pctm̄ eſt: quā medicinalis[e] ſnīa ſecuta eſt[f]. Bonū eſt cōdēnari in pctō, et flagellari in delicto: vt cū hoībus flagellemur. Deniqꝫ Cain qui voluit crimen negare, indignꝰ[g] iudicatꝰ eſt q̄ puniret̃[h] in pctō: ſꝫ remiſſus eſt ſine p̄ſcriptiōe[i] pene, fortaſſe nō tā reꝰ maiori crimīe parricidij, q̄ꝫ ſacrilegij. Illud enim cōmiſit in fratrem, qđ deo[k] credidit mētiendū, dicens, Neſcio: numq̇d ego cuſtos fratris mei ſuꝫ? Et ideo accuſatori diabolo eiꝰ accuſatio reſeruata eſt: vt cuꝫ eo et eius angelis flagellet̃, q̄ cuꝫ hoībus noluit flagellari. nā paſtor[l] ille euāgelicꝰ lapſam ouē vexiſſe legit̃, nō abiecisse. ⁊ ſalomon ait: Noli eſſe nimis iuſtus[m]. debet eīn iuſtitiā tēperare moderatio. nam quemadmodū tibi curādus prebeatur quē faſtidio habes, q̄ cōtēptui ſe nō compaſſioni medico ſuo futurum putet? Idem.

LIbenter[n] ignoſco: prōpte īdulgeo: miſericordiam magis volo q̄ꝫ ſacrificiū: quia per ſacrificiū iuſtus commēdatur[o] per miſericordiam peccator redimitur. Nō enim veni vocare iuſtos[p]: ſed peccatores[q] ad penitentiā. In lege[r] ſacrificiū: in euangelio miſericordia eſt. lex p Moyſem[ſ] data eſt: per me gratia. Itē Leo ep̄s theodoro Foroliuiē. ep̄o.

MUltiplex mia dei ita lapſibus humanis ſubue

(Lupanaria caſtitatē nō infamāt.) autem. Argu. contra. quia lupanaria non infamant caſtitatem. xxxij. q. v. tolerabilius. et eſt argu. ad queſtionem de duobus fratribus domum communem habentibus. vnus habet partem inferiorem: alius ſuperiorem. an vno peccante tota domus dirimenda ſit. hoc autem capitulum nō multum facit ad propoſitum quia nec de interiori nec de exteriori penitētia tractat. (Gen. iij.)

SErpēs. ¶ Caſus. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima ponūt verba Eue ſe excuſantis. In ſecunda parte ponuntur verba Ambroſij ſuper locum illum. (Gen. iij.) Dicit enim ꝙ qui non vult pro peccato puniri: agat penitentiam in hoc ſeculo: quod qr Eua fecit: ſalutem obtinuit. Cain autē quia non doluit: reſeruatū eſt eius peccatū eternaliter puniendū. Secūda pars ibi: Venialis. ¶ Nam paſtor. quaſi diceret: vere penitens eſt recipiendus: et non abijciēdus. nā paſtor ⁊c. eſt loquitur de exemplo quia de eo fit ſermo in euangelio.

a ¶ Serpens. Caſus. Qui non vult in futuro puniri pro peccato: agat hic penitentiam, et confiteatur: quod qr fecit Eua: ſalutem obtinuit. Cain autem quia noluit, reſeruatum eſt eius peccatum eternaliter puniendum. (Puniemur in futuro q̇ nō penitet p pctō.)

b ¶ Venialis. Sed quomō eſt venialis culpa Eue, qua totus mundus ligatur? v. diſt. ad eius. † Dic quo ad vitam eternam: non temporalem. veniale ergo eſt peccatum quod ſequitur ꝯfeſſio: vt hic. Veniale etiam dicitur quod in veteri lege morte non puniebatur: ſed per ceremonias purgabatur: nec aliam penitētiam eis lex imponebat: vt. j. diſt. vj. j. verſi. nam venialia. Item dicitur veniale quod cauſam venie habet annexā: vt quod fit per ignorantiam vel impotentiam: quod eſt peccare in patrē ⁊ filium. vnde apoſtolus: Veniam merui: quia ignorans feci. ſ. viij. diſt. conſuetudo. ſed ei qui peccat in ſpiritum ſanctum: quod fit per malitiam: non remittitur. xxv. diſ. qualis. viij. diſt. conſuetudo. j. e. poteſt. (pctm̄ veniale et multipharium. † Dic q in veritate mortalia ſꝫ dr veniaľ a facilitate venie poſt confeſſionē.)

c ¶ Non deſperata. nō enim deſperare debemus: immo debemus moli inter duas molas, ſcilicet ſpei et timoris. vnde dictum eſt: noli pignorare ſuperiorem molam nec inferiorem. Ille ſuperiorem pignorat qui non timet: ille inferiorem qui ita timet ꝙ in deſperationem cadit: ſicut Cain. xx. diſt. neqꝫ. (Archi.)

d ¶ Confeſſa fuit, ergo Eua confeſſa eſt: ⁊ etiā Adam ſimiliter. j. e. diſtinct. ſicut primi. et confeſſa eſt cum dixit: manducaui. Dicitur tamen in hiſtorijs p. manducatoris in illo. c. tunc ferūt. ꝙ Eua non penituit: immo peccatum retorſit in ſerpentem: et ſerpentis authorem. ſed ideo dicit p. manducator eam non fuiſſe cōfeſſam: quia non pure confeſſa eſt. dixit enim: Serpens decepit me. confeſſa eſt tamen cum dixit: et manducaui. (Adā et Eua cōfeſſi ſūt.)

e ¶ Medicinalis. ſcꝫ confeſſio.

f ¶ Secuta eſt. cum dixit ei deus: Multiplicabo erumnas tuas: et conceptus tuos: paries in dolore ⁊c.

g ¶ Indignus. propter vilitatem. Nam: ſicut de ea q̄ miniſtrat in caupona dicit lex ꝙ non poteſt accuſari de adulterio propter ſui vilitatem. C. de adulť. qui adulterium. et eſt ſenſus huiꝰ litere: licet hic punitus fuerit: tamen eius pena tēporalis nō fuit: ſed eterna: que hic incepit: arg. j. diſt. iij. in ca. ſunt plures. ꝟ. authoritas. (Luce xv. a. Eccle. vij. c. Oſee vj. Mar. ij. c.)

h ¶ Puniretur. temporaliter certa pena que iponitur pro fratricidio.

i ¶ Sine preſcriptione. i. ſine certa pena ſibi preſcripta et prefixa.

k ¶ Qđ deo. arg. ꝙ ſacrilegiū committit q̄ pape mentitur. ipſe enim obtinet vicem dei viuentis in terris. j. diſ. iij. inter hec hircum. augetur hoc ſacrilegium ex perſona in quā committitur. ſ. e. aut facta. circa prin. (Pape mētiēs ſacrilegus eſt)

l ¶ Paſtor. Sed qui cū hominibus flagellari vult recipiendus eſt: ⁊ non abijciendus. nam eſt paſtor.

m ¶ Nimis iuſtus. et alibi: Qui multum emungit: elicit ſanguinem: vt. ſ. diſ. iiij. deniqꝫ.

LIbēter. ¶ Caſus. Ambro. in hoc ca. introducit verba domini ignoſcentis penitēti ⁊ recognoſcēti peccatum ſuum. magis enim vult miſericordiam q̄ꝫ ſacrificium veteris teſtamēti: cum per ſacrificium iuſtus commendetur: per miſericordiam peccator a pena redimat̃. Quod autem dicit commendatur. i. commendabilis apparet. Miſericordia: id eſt opa miſericordie. Lex, id eſt vindicta. Per me: ſcilicet Chriſtum. († Dic clarius qđ h̄ dr ſ. ſ. ideo ē qr ex ſacrificio ſiue ex alijs opibus legꝭ nō iuſtificabat̃: ſꝫ iuſtꝰ exiſtēs ex eis cōmendabilis reddit̃.)

n ¶ Libenter. In perſona Chriſti loquitur.

o ¶ Commendatur. id eſt commendabilis redditur. † non autem per ſacrificium iuſtus fit aliquis.

p ¶ Iuſtos. i. qui ſe putant iuſtos: ⁊ confiteri nolunt.

q ¶ Sed peccatores. i. peccata ſua recognoſcentes.

r ¶ In lege. xij. q. ij. gloria epiſcopi.

ſ ¶ Per moyſem. tanqꝫ per miniſtrum.

MUltiplex. ¶ Caſus. In hoc capitulo dicitur ꝙ deus ſubuenit peccatoribus per baptiſmum et per penitentiam: quam quis debet accipere ab eccleſia. hanc enim poteſtatem dedit Chriſtus prelatis eccleſie: vt penitentibus congruam ſatiſfactionem iniungant. Si vero aliquis ſine baptiſmo vel ſine penitentia deceſſerit: remiſſionem peccatorum quam hic non habuit: in alia vita non conſequetur. In fine vero vite petentibus pe= (Pet.)

nitentiam et reconciliationem neutrum denegetur. ſi tamen ſunt heretici, ſchiſmatici, vel excommunicati, recipiantur per ſcripturam ꝛ per iuramentum. ſi vero ex toto vocem amittant et intellectum: neutrum denegetur ſi per aſtantes conſtiterit illos ſic petijſſe.

et.c.conuenientibus.ꝛ.c.ſaluberrimum.

o ¶ Nemo poteſt. ¶ Hec eſt.iij.pars huius ſcde partis di. In qua ꝓbat ꝙ ſolus deus dimittit peccata: ſed ſacerdos eſt miniſter ꝛ de omni pctō. Jo.de fan.

¶ Caſus. Nulli datur indulgētia niſi qui eam ſperauerit ꝛ petierit. Quidam tn̄ heretici dicūt ꝙ lapſis in preuaricatione eſt cōmunio denegāda: ſʒ male: cum deus omnia mala penitēti dimittat, ꝛ nullum excipiat.

nit, vt non ſolū per baptiſmi[a] grām ſʒ etiā p pnīe medicinā ſpes vite reparet̄ eter̄ne: vt q̄ dona regn̄atiōis violaſſēt, ꝓprio[b] ſe iudicio cōdēnātes, ad remiſſionē criminū puenirēt: ſic diuine volūtatis p̄ſidijs ordinatis, vt indulgētiā dei niſi ſupplicationibus[c] ſacerdotuʒ nequeant obtinere. mediator em̄ dei et hoim hō dn̄s ieſus chr̄s hāc p̄poſit̄ eccl̄ie tradidit poteſtatē vt cōfitētibꝰ pnīe ſatiſfactionē darēt, ꝛ eadē ſalubri ſatiſfactione purgatos, ad cōmunionē ſacroꝝ p ianuā recōciliationis admitterēt[d]. ꝛ poſt pauca: Si aūt aliquis eorum[e] pro q̄bꝰ dn̄o ſupplicamꝰ, quocūqꝫ interceptus obſtaculo, a munere indulgentie p̄n̄tis exceſſerit, et priuſq̄ꝫ ad cōſtituta remedia pueniat: tpalē vitam hūana ꝯditiōe finierit: qd̄ manēs in corpe nō recepit, cō ſeq̄ carne exutus nō poterit[f]. Et poſt pauca. His aūt[g] q̄ tpe neceſſitat̄ ꝛ piculi vrgētis inſtātia, pnīe preſidiū ꝛ mox recōciliationis implorāt: nec ſatiſfactio iterdicēda eſt: nec recōciliatio deneganda[h]: qr mīe dei nec mēſurā poſſumꝰ ponere, nec tpa definire: apud quē nullas patit̄ moras venie[i] conuerſio. Et itē. Ita ergo neceſſitati auxiliādū eſt, vt nec actio illis pnīe, nec cōionis grā denegēt̄ ſi eā etiā amiſſo vocis officio per indicia[k] integri ſenſus querere comꝓbētur. ꝙ ſi ita aliq̄ egritudine fuerint aggrauati, vt quod pauloante poſcebat, ſub p̄ſenti ſignificare non valeant: teſtimonia[l] eis fideliū[m] circūſtantiū prodeſſe debebūt: ſimul tamen ꝛ penitentie et recōciliationis beneficiū conſequātur: ſeruata tn̄ regula[n] canonum paternorū circa eorū perſonas qui in dn̄ica fide diſcedendo peccauerint.

Item Ambroſius.

Nemo[o] pōt bene agere penitentiā niſi qui ſperauerit indulgētiam[p]: ſed negāt[q] his oportere cōionē reddi, q̄ p̄uaricatione[r] lapſi ſunt. deꝰ autē nullū crimē excepit[ſ], qui peccata[t] omnia donauit.

Item Ambroſius.

Verbum[v] dei dimittit peccata: ſacerdos eſt iudex[x]. Sacerdos quidē ſuuʒ

Verbū dei. ¶ Caſus. Oīs confeſſio ꝛ operis ſatiſfactio eſt neceſſaria ad remiſſionē peccatoꝝ: cum ſolis ſacerdotibꝰ eccleſie ſit data poteſtas ligādi ꝛ ſoluendi tāq̄ꝫ miniſtris dei. ¶ Verbum.i.filius dei. ¶ Nullius poteſtatis.i.nulla ſua poteſtate peccata dimittit.

¶ Multiplex.id ē multipliciter ſubueniens: al's natura ſimplex† eſt.

† vt Jo an.c.ij. hug. Baptiſmus eſt ꝑma tabula.

e ¶ Itiᵉ. ¶ Caſus. Exponit Grego. in canone iſto illa verba Job ſuper illo, ſub ipſo erunt radij ſolis, et ſternet ſibi aurū quaſi lutum. Primo ergo dicit q per aurum deſignantur hypocrite: qui quaſi deaurati ſunt, cuʒ in ſuperficie videantur habere virtutes, nec habeant. Secundo dicit q huiuſmodi hypocriſis detegitur i hac vita quandoqꝫ ante finem: quādoqꝫ in fine, quandoqꝫ nunq̄ʒ: et cum detegitur: tunc aurum

Non autem bene incipit qui nūq̄ʒ ex charitate aliquid operaꝛ q ſi ex charitate aliquando aliquid agit, et charitatem aliquando in ipſo neceſſe eſt eſſe.

Illud autem Grego. Qui ſeduci[a] quandoqꝫ non reuerſuri poſſunt ꝛc. nō de omnibus generaliter reprobis, ſed de hypocritis ſpecialiter intelligendum eſt: quod ex verbis eiuſdem euidēter datur intelligi. Cum enim queſtionem ꝓponeret cur miſericors deus iſta fieri permittat, vt leuiathan[b] ſeu nunc per ſuggeſtiones callidas, ſiue tūc per damnatum illū quē replet[c] hominem: vel ſolis ſibi radios, id eſt doctos quoſqꝫ ſapiētesqꝫ ſubijciat: vel aurum[d] hoc eſt viros ſanctitatis claritate fulgētes, quaſi lutū ſibi vitijs coinquināndo ſubſternat: mox in eiuſdē poſitionis ſolutione ſupponit dicēs.

Itius[e] ad hoc reſpondemus: quia auruʒ qđ prauis eius ſuaſionibus quaſi lutum ſterni potuit, aurum ante dei oculos nūq̄ʒ fuit. qui enim ſeduci quandoqꝫ non reuerſuri poſſunt, quaſi habitaʒ ſanctitatem ante oculos hominum videntur amittere[f], ſed eam ante oculos dei nunq̄ʒ habuerunt. Sepe nanqꝫ homo multis occulte peccatis inuoluitur et in vna aliqua virtute magnus videꝛ: que ipſa quoqꝫ virtus inaneſcēs deficit: quia dum innoteſcit[g] hominibus, proculdubio laudatur, eiuſqꝫ fauor inhianter appetitur[h]: vnde fit vt ipſa virtus[i] ante dei oculos virtus non ſit, dum abſcondit quod diſplicet deo, et ꝑdit quod placet. que itaqꝫ merita apud deum eſſe poſſunt: quando et mala occulta ſunt, et bona publica? Plerūqꝫ enim (ſicut diximus) latet ſuperbia, et caſtitas innoteſcit. Atqꝫ ideo diu oſtēſa charitas circa finem vite perditur: quia cooperta ſuperbia vſqꝫ in finē incorrecta retinetur. Alius eleemoſynis vacat, propria diſtribuit, ſed tamen multis iniuſtitijs deſeruit, vel forte linguam in detractionibus exercet: ꝛ fit plerumqꝫ vt is qui miſericors fuerat, iuxta vite ſue terminum rapacitatis et crudelitatis ſtimulis inardeſcat: quod valde iuſto dei iudicio agitur vt perdat etiam[k] ante homines vnde hominibꝰ placuit: quia hoc vnde deo diſplicuit, corrigere nunq̄ʒ curauit[l]. Alius patientie ſtudet, ſed inuidere alijs, et ſeruare malitiam in corde non cauet. fit quandoqꝫ impatiēs: quia diu latuit dolens. Hi itaqꝫ ꝛ ꝑ aliquid[m] aurum ſunt, et per aliquid lutum ſunt. atqꝫ hoc aurum quaſi lutum ſterniꝛ, quando occultis peccatis exigentibus etiam virtus que publice claruerat, diſſipatur. Sʒ operepretium[n] credimus, ſi in his virtutē ſuperni ordinis[o] ſubtilius ꝑpēdamus. Sepe em̄ oīpotēs deus occulta quorūdā mala diu tolerat, vt apta eorū bona electorū ſuorum vſibus ꝓfutura diſpēſet. Nā nonnulli mundum nequaq̄ʒ funditus deſerētes, nō ꝑſeueraturi anguſtū iter arripiūt, ſʒ ad querendam anguſtam[p] viā exemplo[q] ſuo eos qui perſeueraturi ſunt accēdūt. vnde plerūqꝫ cōtingit vt ipm̄ hoc q bene videntur viuere: nō ſibi, ſed po-

f ¶ Amittere. hec de hypocritis itelligēda ſunt qui videntur deaurati ꝛ fulgidi: et habere virtutes in ſuperficie: cum nec ſunt nec habent: et qui caret vna, caret oībus. diſti. v. c. ſi. et de peni. diſt. v. conſideret. Hypocrite videntur deaurati.
g ¶ Innoteſcit. i. virtus videtur.
h ¶ Appetiꝛ. Ab alijs.
i ¶ Uirtus. putatiua.
k ¶ Etiā ante homines. Id eſt in conſpectu hominum.
l ¶ Curauit. Supra. e. diſtinct. ver. item. §. penult. ſm Auguſt.
m ¶ Per aliquid. Id eſt quātum ad aliquid: ſcilʒ ad bona opera.† †. i. que ſunt de gn̄e bonorum. Pe.
n ¶ Operepreciū. Id eſt vtile credimus ſi aperiamus quomodo de iſtis diſponit ad vtilitatem aliorum: ꝛ hoc eſt. ſepe enim ꝛc.
o ¶ Ordinis. Id eſt intellectus tropologici.
p ¶ Auguſtā. arcta em̄ eſt via que ducit ad vitā. Unde Uergilius. Facilis deſcenſus auerni† Sed reuocare gradum: ſuperaſqꝫ euadeꝛ ad aures: hoc opus: hic labor eſt: pauci quos equus amauit Jupiter aut ardēs euexit ad ethera virtus Dijs geniti potuere. xij. q. j. omnis etas. Uia paradiſi ē arcta. †. i. iferni. ab a qđ eſt ſine, et ver veris. ar.
q ¶ Exemplo. Hi ſunt qui ad ſempiternam vitam pro

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

tius ſolis electis viuant, dum exemplis ſuis ad bene viuēdi ſtudia pſeueraturos alios nō perſeueraturi prouocant. ſepe eñ quoſdā videmus viam ingredi, ad locum ꝓpoſitū feſtinare: quos alij q̄ euntes cōſpiciunt ſequūtur, eundēq; pariter locum petunt: ſed fit plerūq; vt irruente aliquo implicationis articulo [a] poſt ſe redeant qui preibant, ⁊ hi ad locū perueniant q̄ ſequebantur ita nimirum ſunt illi qui nō perſeuerant, et viam ſanctitatis arripiunt. Idcirco enim virtutis iter nō pſeueraturi inchoant: vt eis qui puenturi ſunt, viam qua gradiant̄ oſtendant: quorum etiam caſus vtilitate non modica electorū prouectibus ſeruit: quia ipſoꝝ lapſum [b] dū conſpiciūt, de ſuo ſtatu cōtremiſcūt: ⁊ ruina que illos damnat, iſtos humiliat. addiſcunt eñ in ſupni adiutorij ꝓtectione cōfidere, dum pleroſq; conſpiciūt de ſuis virtutib⁹ preſumētes cecidiſſe. qñ ergo videntur bene agere reprobi, quaſi planū iter electis ſequentibus demonſtrāt. qñ vero in lapſuz nequitie corruunt, electis poſt ſe pergētibus quaſi cauēdam ſuperbie foueam oſtendunt.

Q ꝺ ꝟo [c] reprobi negāt̄ comedere panē qui de celo deſcendit, vel bibere aquā viuam: nō ſic accipiendū eſt vt a charitate penitus credātur alieni, ſed vt in charitate radicem figere nō intelligant̄. Aliud eſt enim bibere vel manducare: atq; aliud deguſtare. Unde [e] in euangelio de chr̄o legit̄: Et cū guſtaſſet noluit bibere. Bibit ergo aquā viuā, ⁊ manducat panem qui de celo deſcendit, qui in charitate radicē figit. deguſtat qui ea aliquaten⁹ cōmunicat: a qua poſtea delinquendo recedit. de quibus apl's dicit: Impoſſibile eſt eos qui ſemel illuminati ſunt, ⁊ guſtauerunt donum [f] celeſte, ⁊ poſt hec oīa prolapſi ſunt: rurſus renouari ad pniam [g]. Hinc etiam diabolus in veritate [h] ſtetiſſe, non in ea creat⁹ eſſe negat̄. fuit eñ in ꝟitate cōditus: ſ; dum de ſe ſupbiēdo p̄ſumpſerat, alienus ab ea fact⁹ eſt. In ꝟitate [i] autē quō eſſe creat⁹ perhibet̄ ſi ſine dilectione ſui conditoris creatus eſſe ꝓbatur? Aut quō bonus a deo cōditus aſſerit̄, ſi nihil diuine dilectiōis in ſui creatiōe acceperit? Quō aūt ſupbie mot⁹ ſine vitio extitit, ſi cōditorem ſuum nullatenus dilexit? Aut quō par ſiue excellentior ceteris creat⁹ ꝺr, ſi nōnullis eoꝝ i amore dei ꝯditis, hic ab ei⁹ dilectiōe vacuus factus eſt? Unde autē hec dr̄ia [k] inter bonos ⁊ malos angelos ꝓceſſit? Si ex creatiōe, iniuſt⁹ videt̄ de⁹ q̄ ante pctm̄ infert penā [l], vł q̄ hoc punit qꝺ creādo [m] infudit. Si autē non ex creatiōe, cum nō ex traduce [n], reſtat vt ex ꝓprie libertatis arbitrio vitiū ſupbie in angelicā naturaz proceſſerit bona ergo condita eſt, que ſuo vitio [o] a bono ī malū cōmutata eſt. Sed quō bona eſſe potuit ſi dilectione penitus caruit? neq; eñ angelus nobis ſimilis [p] factus eſt, quos vſq; ad certū tēpus etatis infirmitas grauat, vt neq; virtus neq; vitiū vllū locū in nobis obtineat. Accepit ergo dilectionē in ſui creatione ſicut et ceteri de q̄bus ꝺr: Angelice virtutes q̄ in dei amore pſtiterūt. nō ait, qua diligere deū ceperūt, ſ; q̄ in ei⁹ amore pſtiterūt: q̄ ex creatione diligere ceperāt: vt principiū diuine dilectiōis oīb⁹ credat̄ eſſe cōe: pſeuerātia vero eoꝝ tm̄mō intelligat̄, q̄ in retributione hoc accipere meruerūt: vt ꝯfirmati vlteri⁹ cadere nō poſſent, et hoc de ſe certiſſime ſcirent. Uñ be-

Mat. xxvij. d.

Heb. vj. a.

ximos mēdacio ſuo opitulante deducunt: vt. xxij. q. ij. primū. Ex hoc ergo collige ex q̄ ſenſu illud accipiat̄.

a ¶ Articulo. Id eſt impedimento.

b ¶ Lapſum. Felix quē faciūt aliena pericula cautū. ꝭ. xxvij. q. j. c. j. ꝭ. de cōſe. diſt. j. hi duo. Et dicit Seneca: Ruina p̄cedētium ſolet eſſe doctrina ſequentium. facit ad hoc. ꝭ. e. ſi eñ. in fine.

¶ Quod ꝟo. ¶ Caſus. Dictuz eſt. ꝭ. §. cum ergo. in ca. charitas. ꝙ reprobi nō comedūt panem qui de celo deſcēdit, neq; bibunt aquā viuam. Nūc Grat̄. determinat illud, ⁊ dicit ꝙ non eſt ita intelligendū ꝙ reprobi ſint penitus alieni a charitate: ſed nō ſunt radicati in charitate. Nam ille dicitur comedere ⁊ bibere qui radicem habet in charitate. Ille deguſtat q̄ ab ea delinquēdo recedit. ad qꝺ inducit authoritatez apoſtoli. ſicut diabolus dicitur receſſiſſe a charitate. ⁊ ſic nacta occaſiōe probat per multas rationes ꝙ diabolus creatus fuit in charitate: ſed in ea nō perſeuerauit. Ad quod inducit authoritatem Gregorij. negat̄, ab Auguſtino.

c ¶ Quod vero. Soluit Gratianus authoritatē inductam ſupra eadem diſtinct. §. cum ergo. ca. charitas. ad hoc ꝙ charitas amitti non poſſit. et hac occaſione diabolum in charitate eſſe creatū oſtēdit: et de Luciferi excellentia multa ſubiungit.

d ¶ Negantur. Supra. e. ca. quia radix. §. cuz ergo. et. §. ego ſum. et. c. charitas.

e ¶ Unde in euāgelio. Matthei vigeſimoſeptimo.

f ¶ Donum celeſte. Id eſt doctrinam euangelicā.

g ¶ Ad penitentiam. Per baptiſmum. Hoc eſt expoſitum ſupra ea. ſi enim.

h ¶ In veritate. Supra. xvj. q. ij. viſis. contra.

i ¶ In veritate. Id eſt in charitate. † Et hoc dicit allegando.

k ¶ Differentia. ꝙ alij ſunt boni, et alij ſunt mali.

l ¶ Penam. eternam: quod nunq̄ facit: argu. ꝭ. xj. q. iij. illud plane.

m ¶ Quod creando. Non enim debet punire qꝺ ipſe approbauit: vt. xxiij. q. iiij. nabuchodonoſor. ff. ad legē iuliam de adult. ſi vxor. in fine.

n ¶ Ex traduce. Quia angeli non fuerunt ex traduce: id eſt preiacenti materia: ſicut nec anima. ꝭ. xxxij. q. ij. Moyſes.

o ¶ Suo vitio. Sed vnde fuit primus motus angeli ad malum? Dic ꝙ ex libero arbitrio. Sed in libero arbitrio nō fuit malum: vnde ergo ꝓuenit malum? Dicas ꝙ in libero arbitrio fuit quedā libertas: et ex illa libertate cecidit in malum. hec eſt difficillima queſtio.

p ¶ Similis. Cū angelus ſtatim fuit poſt creationez capax rōnis: ſ; hō nō donec ſit adultus.

a ¶ Moyſem. In Geneſi circa principium.
b ¶ Uacuū.ſ.xvj.q.ij. viſis.contra. vbi dicit q charitatem nequiuit habere in celo.ſed forte dicit non habuiſſe quia non perſeuerauit: quia non dicitur factum niſi duret factum: vt.ſ.eo.diſtin.j.cogitatio.et.l.diſtinc. diuortiū. Sȝ forte nūq̄ habuit charitatē: vt dicitur in cōtrario Unde magiſter hoc dicit allegando,ꝛ ſcd̄m hoc omnia contraria intelligunt non de charitate quam nō habuit, ſed quam habiturus eſſet ſi ſteriſſet.

Gen. j.a.

Principium. ꝗ Cap. Hoc ca.eſt Grego. vſq ad ſequētē.§.charitas. ſed interponit ſepe verba Job, vel Ezechielis: vt ea exponat. Intendit ergo Grego. in hoc ca.multū commendare. Luciferū oſtendēdo eius perfectionē dignitatem et excellentiam quam in charitate et i aliȷs gratuitis donis et naturalibus habuit an lapſum: et hoc facit inducēdo auctoritatem ex verbis Job ꝛ Ezechielis. Inquit, verbū eſt Gratiani.ꝛ primo exponit verba Job,ipſe enim eſt principium viarū dei ꝛc.ꝓpheta ſcilicet Ezechiel. Quid nanq. verba ſunt Gregoriȷ. Aurū, verba Grego. In munere,id eſt i adiumento dei. inſinuat:ſcȝ Job.

Job xl.a.

Eſaie xiiij.d. et Ezec. xxviij.a

c ¶ Principiū.i. precipuū opus inter pr̄ma opera dei vel primus et dignior iter alios angelos, quorum miniſterio paratur et patet via ad deum.

ne apud Moyſem[a] prius celū deinde firmamentū factū eſſe dr: q2 nimirū angelica natura prius equal'r ſubtilis in ſuperioribus eſt cōdita, poſtea in pſiſtētib9 in amore ſui cōditoris mirabiliter eſt confirmata.

Hinc etiā Greg.i mora. Multa de pfectiōe āgelice creationis replicans,charitate negat repletū,nō ea penitus vacuū[b] aſſerit:q̄ſi penit9 caruiſſet:nūq̄ ea q̄ de ei9 excellētia dr̄ cōuenieter de eo itelligi poſſent.

Principium[c] em̄(inquit beatus Grego.)viarū[d] dei beemoth[e] dicit: q2 nimirū cum cūcta creās ageret,hunc primū[f] condidit,quē reliquis angelis eminentiorē fecit.huius primatus eminentiā conſpicit ꝓpheta cū dicit: Cedri nō fuerūt altiores illo in paradiſo dei:abietes non adequauerunt ſummitatē ei9:platani nō fuerūt equales frōdib9 ei9: oē lignum precioſum paradiſi dei nō eſt aſſimilatū ei et pulchritudini ei9: q̄m ſpecioſū fecit eū in multis cōdēſis frōdibus.Quid[g] nanq accipi in cedris ꝛ abietib9 ꝛ platanis pōt niſi illa virtutū celeſtiū ꝓcere celſitudīs agmīa i eterna leticie viriditate plātata:q̄ q̄uis excelſa ꝯdita ſunt,huic tn̄ nec ꝑlata ſūt nec equata,q̄ ſpecioſus fact9 in multis condēſiſq frōdib9 dr: q2 prelatū ceteris legionib9 tāta illū ſpecie pulchriorē reddidit quāta ei ſuppoſita āgelorū multitudo decorauit. Iſta arbor in paradiſo dei tot quaſi cōdenſas frondes habuit[h],quot ſub ſe poſitas ſuprnorū ſpirituū legiones attēdit.qui et idcirco peccans ſine venia[i] dānatus eſt:q2 magnus ſine cōparatione fuerat creatus.Hinc ei rurſum ꝑ eūdem ꝓphetam dr: Tu ſignaculum[k] ſiſitudinis,plenus[l] ſapientia,ꝛ pfect9 decore in deliciȷs paradiſi dei fuiſti.multa enim de eius magnitudine locuturus primo verbo[m] cūcta cōplexus eſt. Quid nanq boni non habuit qui ſignaculum dei ſiſitudinis fuit: de ſigillo quippe annuli talis ſimilitudo imaginaliter exprimitur qualis in ſigillo eodē eſſentialiter habet. ꝛ lȝ homo ad ſimilitudinem dei creatus ſit,angelo tn̄ quaſi aliquid maius tribuēs, nō eū ad ſiſitudinē dei conditum,ſed ip̄m ſignaculū ſiſitudinis dei dicit: vt quo[n] ſubtilior eſt natura,eo[o] in illum plenius ſimilitudo[p] dei credatur expreſſa.Hinc eſt q primatus eius potentiā adhuc inſinuās idē propheta[q] ſubiūgit.Omnis lapis[r] precioſus[s] operimentum[t] tuū,ſardius[v], topaſius, iaſpis,chryſolitus,onix,berillus, carbūculus, ſmaragdus, et ſapphirus. Nouem dixit genera lapidū:quia nimirum ordines angelorū ſūt nouē. nā

in eternum,creauit omnia ſimul.
g ¶ Quid. Uerba Gregoriȷ exponentis predictam authoritatem Ezechielis.
h ¶ Habuit. Lucifer.
i ¶ Uenia. Cum enim plus poteſtatis et pulchritudinis ei ꝯmiſſum fuerat:ideo magis diligi preſumebatur argu.ſ.ij.qōne.v. quāto.et.j.diſti.iij. cap.q̄uis.§.quod aūt.ꝛ cap.ſepties. ideoq tanto magis obſequi tenebatur, et plus puniri debuit:cū non fuerit obſecutus. arg.C.de cōduc.et procur. conductores.in fine.lib.xj.ꝛ grauiora facit delicta ꝛc.vt.xj.queſt. iij.precipue.xl. diſtinct. homo chriſtian9.j.ea.diſti.v. conſideret.ſ.ea.diſtin.j.§.ex his itaq.ſ.xxiij.qōe.iiij. qui peccat.

Deus ꝑſumit pl9 diligere illos q̄b9 pl9 pfectionis tribuit.

k ¶ Tu ſignaculum. Dicitur ſignaculum propter virtutes expſſas q̄s recepit a dn̄o.

Ezec. xxviij.

l ¶ Plenus ſapientia. Id eſt plenam ſcientiam habens et perfectionem decoris ꝛ charitatis.
m ¶ Primo verbo. Hoc ſcilȝ ſignaculum.
n ¶ Ut quo. Id eſt inquātum ſubtilior eſt natura:id eſt diuine nature capacior ratione ꝛ intellectu.

Ibid.

o ¶ Eo. Id eſt in tantum.
p ¶ Similitudo dei. Id eſt gratia et dilectio que erat deo ſiſis in illum.
q ¶ Idem propheta. Scilȝ Ezechiel.

d ¶ Uiarum.i.operū.ſicut em̄ in via cōtinet veſtigium itinerantis,ſic in qualibet creatura eſt via qua quis ducitur ad intelligendam potentiam dei.
e ¶ Beemoth.i.diabolus. Beemoth intepretatur aīal immundū:q2 diabolus ꝓpter ſuperbiā a celeſti beatitudine tanq̄ immundū animal alienus factus eſt. †
f ¶ Primum. Id eſt precipuum.non enim prius creauit hunc q̄ alios.al's in Salomone contra,ibi,Qui viuit

r ¶ Omnis lapis. Id eſt omnis alius angelus.
s ¶ Precioſus.i.pulcher decore virtutum.
t ¶ Operimentū tuum.i.inferior eo,ſicut veſtimentū eſt inferius ꝛ indignius ſe induente: vel ornabat eum ſicut veſtimentum ornat aliquem.
v ¶ Sardius. Hos enim lapides enumerat lex.ff.de pub.et vec.l.interdum.§.ſpecies. Qualiter autem hi lapides veniant in contributione, dicit lex ad legem rhod. l.ij.§.cum in eadem.

cū per ſacra eloquia angeli, ar
chāgeli, throni, dñatiōes, vir-
tutes, principatus, et ptātes,
cherubin ⁊ ſeraphin apta nar
ratiōe memorant: ſupnoꝝ ci-
uiū quante ſint diſtinctiones[a]
oſtēdit: qb⁹ tñ Beemoth iſte
opertus fuiſſe deſcribit: quia
eos quaſi veſtē ad ornamētū
ſuū habuit. quoꝝ dum clarita
tem trāſcēderet, ex eoꝝ cōpa-
ratione clarior fuit. de cui⁹ de-
ſcriptiōe adhuc ſubiūgit. Au-
rū op⁹ decoris tui, ⁊ foramina
tua ī die qua cōdit⁹ es, p̄para-
ta ſunt. Aurū op⁹ extitit deco
ris ei⁹ q: ſapiētie claritate can
duit, quā bene creat⁹ accepit.
foramina ꝟo idcirco ī lapidib⁹
fiūt, vt viculati auro[b] in orna
mēti cōpoſitiōe iūgant, et ne-
quaq̄ꝫ a ſe diſſideāt q̄s interfu
ſum aurū repletis foraminib⁹
ligat: hmōi ergo lapides ī die
ꝯditiōis ſue foramina p̄para-
ta ſunt: q: videlꝫ capax chari-
tatis eſt cōdit⁹: q̄ ſi repleri vo-
luiſſet, angelis ſtātib⁹ tāq̄ꝫ po
ſitis in regis ornamēto lapidi
bus potuiſſet īherere. ſi enim
charitas auro ſeſe penetrabi-
lem p̄buiſſet, ſctis angelis ſo-
ciatus ī ornamēto (vt dixim⁹)
regio lapis fix⁹ maneret. Ha-
buit ergo lapis iſte foramina,
ſꝫ ſupbie[c] vitio[d] charitatꝭ[e] au
ro nō ſunt repleta. Nāq̄ꝫ idcir
co ligant auro ne cadāt. idcir-
co iſte cecidit: q: etiā pforatus
manu artificis, amoris vincu-
lis ligari ꝯtēpſit. nūc aūt cete
ri lapides[f] q̄ hic ſilr fuerāt p-
forati penetrantes ſe inuicem
charitate ligati ſunt: atq̄ꝫ hoc
in munere iſto cadente merue
rūt, vt nequaq̄ꝫ iā de ornamē-
to regio cadēdo ſoluant. Hu-
ius principat⁹ celſitudinē ad-
hucidē pphetа intuēs adiun
git: Tu cherub extētus ⁊ ꝓte-
gēs ī mōte ſctō dei, et ī medio
lapidū ignitorū pfect⁹ ābula-
ſti. Cherub quippe plenitudo
ſciētie interp̄tat: ⁊ idcirco iſte
cherub d:, q: transcēdiſſe cun
ctos ſciētia nō dubitat. qui in
medio ignitorū lapidū pfect⁹
ambulauit: q: inter angelorū
corda charitatis igne ſuccēſa
clarus glia cōditionis extitit.
quē bene extētū ac ꝓtegētem
dicit. oē ei qđ extēte ꝓtegim⁹
obūbram⁹. q: cōparatiōe cla-
ritatis ſue obūbraſſe ceterorū
claritatē credit, ipſe fuiſſe ex-
tentus ⁊ ꝓtegens reperit. reli
quos em̄ quaſi obūbrādo ope
ruit, q̄ eorū magnitudinē ex-
cellētia maiore trāſcēdit. Or
ergo illic[g] ſpecioſus in multis
frōdib⁹, ꝙ illic ſignaculū ſili-
tudis, ꝙ illic cherub, illic ꝓte-
gēs dicit: hoc hic voce[h] dñica
beemoth, iſte viarū dei princi
pio vocat. de quo idcirco tam
mira in qb⁹ fuit, ⁊ q̄ amiſit īſi-
nuat[i]: vt hoi oñdat q̇d ipſe ſi
ſupbiat, de elatiōis ſue culpa
paſſur⁹ ſit ſi feriēdo illi parce
re noluit quē creādo ī glia tā
te claritatis eleuauit. conſide-
ret ergo hō elatus q̇d in terra
mereat ſi angelis p̄latus in ce
lo, de celo in terram pſternit.
Charitas autē[k] q̄ in aduerſi
tate deſerit, ficta[l]. i. fictilis et
fragilis eſſe perhibet: ſicut fi-
des ex qua charitas procedit,
ficta. i. fragilis apud apoſtolū
eſſe negat. ſimiliter charitas
que in aduerſitate deſeri pōt,
dicitur vera nunq̄ꝫ fuiſſe. Si-
cut enim Hieronymus cōtra
Iouinianum ſcribit: Omnis
creatura ſub vitio eſt: non ꝙ
omnis peccauerit, ſed q: nul-
la eſt que peccare non poſſit. poſſe autem[m] pecca
re (vt Auguſtinus ait) nō eſt aliquid poſſe: immo
aliquid non poſſe. Unde ille ſolus vocatur omni-
potens qui hoc nō poteſt: quia omnia poteſt que
poſſe eſt aliquid poſſe. Sicut ergo eius compara
tione qui mutabilitatē neſcit, oīs creatura vitio-
ſa d: q: mutabilitatis eſt capax: iuxta illud. Non Pſal. cxlij.
iuſtificabit in conſpectu tuo oīs viuens. et aſtra[n]
non ſunt munda in conſpectu eius: ſic compara- Iob xxv.
tione eius creature que mutationem nō recepit,

a Diſtinctiōes. ſ. diſtinc. lxxxix. ad hoc.
b Auro. Unde dr lex ꝙ ſi auro gēma iungat, non cedit auro: ſed econuerſo aurum cedit gēme. ff. de auro ⁊ arg. le. ⁊ ſi nō ſunt. §. pueniamus.
c Supbie. Nota per canonē iſtū ius icepiſſe ex ruina angelorū. bonū em̄ et equū fuit vt ꝓpter ſupbiā Lucifer puniretur. — Ius vñ incepit. Ezec. xxviij.
d Uitio. id eſt p vitiū ſuperbie non ſunt repleta.
e Charitatis. Argu. ꝙ diabolus charitatē non habuit: vt. xxvj. q. ij. viſis. Sed cū eſſet rōnis capax: innocētie particeps ſine charitate eē nō potuit. arg. ſ. e. diſtin. ca. ſi q̄s ſemel. §. item ſine charitate. qđ ergo charitate replet⁹ negatur, comparatione ſtantium et confirmatorūꝫ dicit, vel ad pfectionē ⁊ pſeuerantiā refert. — Diabolus an habuerit charitatē. de hꝰ le. ⁊ no. ſ. §. ꝓxi. ī ſi. et xxvij. q. ij. §. ex his oībꝰ. ibi videas.
f Lapides. i. ordines angeloꝝ.
g Illic. In propheta Ezechiele, ⁊ in Iob.
h Uoce dñica. id eſt voce dñi loquentis ſibi. Iob.
i Inſinuat. iob vel propheta.
Charitas autē. Hec eſt. vj. pars diſt. in qua concludit magiſter et probat multis modis ꝙ illa charitas que deſerit, dicit fragilis: q: nō durauit: tñ vera fuit, alias nullo modo poſſet dici ſi nulla fuiſſet. Ioan. de fan.
Caſus. Supra in precedenti ca. et in alijs authoritatibus probatum eſt ꝙ charitas habet lꝫ poſtea deſerat. — Ezec. xxviij.

Nunc Gra. exponit quandā authoritatē Augu. q̄ eſt ſ. in prin. diſt. ſcilꝫ charitas que deſeri pōt ⁊c. Et pauli, ſcꝫ charitas nūq̄ꝫ excidit: q: videtur ꝯdicere ei qđ dictum eſt. ſ. et qđ dicit ibi, charitas que deſeri pōt: ficta eſt, et nō vera, id eſt non eſt vera reſpectu charitatis diuine, vel reſpectu eius q̄ deſeri non pōt, vera tñ eſt. vnde in fine cōcludit verā charitatē deſeri poſſe. — Pſal. cv. Pſal. xliij. Eccl. j.
k Charitas autem. Soluit authoritatē apli allegatā. ſ. in prin. diſtin. duobus modis: q: dicitur primo charitas que deſerit. — Ezec. xxxj. Iob xl.
l Ficta. i. fragilis et non vera reſpectu pmanētis. Uel nō vera, reſpectu charitatis diuine. ad quod ſimilia quedā inducit. In fine cōcluditvera charitatē deſeri poteſt.
m Poſſe autē. Ex quo em̄ reſiſtere vitijs eſt verū poſſe, ergo nō reſiſtere eſt non poſſe. ſed nō reſiſtere eſt peccare, et ita poſſe peccare eſt non poſſe reſiſtere. et ita eſt arg. a ꝯrijs argu. xxxij. q. iiij. ſicut ſatius eſt. ⁊ q. v. ſicut enim. — vj. pa. Uis reſiſtere eſt verum poſſe.
n Et aſtra. Id eſt angeli.

penitē- ta eſt terrāda

omnis creatura que permutatur, non vera ſed vana eſſe probatur. Unde omnis homo mēdax eſſe dicitur, et vanitati ſimilis factus. Hinc etiam[a] Eccleſiaſtes: Cuncta que ſub ſole ſunt. i. que temporum viciſſitudinē recipiūt, non tantum modo vanitas que omni creature ratione mutabilitatis ineſt, ſed etiam vanitas vanitatum varietate permutationis quam recipiunt eſſe dicuntur. Sic ergo comparatione diuine charitatis nulla virtus eſſe vera probatur: aut comparatione eius que non deſeritur, illa q̄ amittitur vera eſſe negat̄. ſicut autem omnis creatura ſuo modo bona et vera eſſe dicitur, ſic et charitas que deſeritur, ſuo modo bona et vera eſſe monſtratur: alioquin a nullo deſereretur ſi nullo modo in eo eſſet. Quod enim nullo modo vere eſt, nullo modo deſeri poteſt. q̄ ſi aliquo modo vere deſeritur, et aliquo modo id vere eſſe oportet.

## Diſtinctio.iij.

Hec de charitate[b] breuiter ſcripſimus propter eos q̄ penitētiā negāt reiterari poſſe, aſſerentes q̄ ſicut charitas ſemel habita nunq̄ amittit̄, ita penitētia ſemel vere celebrata nulla ſequēti culpa maculat̄. Si vero criminalis culpa illā aliquādo ſequitur, vera penitētia[c] nō fuit, nec veniā vnq̄ a dño impetrauit. Quod ex definitione ipſi⁹ penitentie ⁊ multo⁊ authoritatibus pbare contēdunt. vt enim Ambro. ait in quodam ſermone quadrageſime.

Penitētia eſt[d] ⁊ mala preterita plāgere, ⁊ plāgēda iterū nō cōmittere[e].

Idē in lib. de vnica penitētia.

Reperiuntur qui ſepius agēdā penitētiā[f] putāt q̄ luxuriant̄[g] in Chriſto. nam ſi vere in Chriſto penitētiā agerent, iterādam poſtea nō putarēt[h]: q̄ ſicut vnū baptiſma, ita[i] et vnica[k] penitētia. verū preteriti ſemper nos debet[l] penitere

a Hinc etiam Eccleſiaſtes. In Salomone.

Hec de charitate. Hec diſt. diuidit̄ in. xij. partes. in quarū pma pbat p. xij. authoritates q̄ q̄ ſemel penitentiā ageret, nō peccaret, ſed intelligit̄ de perfecta per locum a deſtructione. Secūda ibi: Sed verba. Tertia ibi. Ex perſona. Quarta ibi: Hac authoritate. Quinta ibi: Quod autē. Sexta ibi: Ecce cuius. Septima ibi: Item q̄. Octaua ibi: Siue autē. Nona ibi: His authoritatibus. Decima ibi: Authoritas. Undecia ibi. Quāq̄. Duodecia ibi: Penitentia ergo. Joan. de fan.

Pſal. cxv. Pſal. cxliij. Eccleſ. j.

Caſus. Hic intitulatur. iij. diſti. in qua querit̄ an penitentia ſit iteranda, ⁊ inducit Gra. ſup hoc opiniones varias, ⁊ diſcordātes authoritates. ⁊ dicendum eſt q̄ ſolennis ſm ↄſuetudinē quarundā eccleſiarū non eſt iterāda. j. e. §. ex perſona: publica vero vel priuata ſic: ſed pro diuerſis delictis forte poſſit ſolēnis penitētia iterari: vt. j. eo. q̄uis. et ↄtinuat Gratianus in hoc. §. dicta dicendis.

b Hec de charitate. Cōtinuat ſe ipſū Gra. In ſcđa em̄ diſt. hanc queſtionē quā hic tractat prelibauit, ſ; hui⁹ gratia aliā premiſit: an ſc; charitas ſemel habita amitti poſſit: quā in precedēti diſt. tractauit: nūc autē ad ppoſitum ſuum reuertit̄, ⁊ dicit hec que ⁊c̄. Hic incipit. iij. diſt. in qua tractat̄ an penitētia ſit iteranda an non. ⁊ q̄ ſit iteranda, multis authoritatibus et exemplis pbatur. Dicimus ergo q̄ iteranda eſt. i. iterum puniēdus eſt ſi denuo peccet. j. e. ſepties. vbi autem dicitur q̄ penitētia non eſt iteranda, dicimus q̄ de ſolēni eſt intelligēda: q̄ cū ſit ſacramētū, nō debet iterari. arg. j. q. j. qđ quidam ſm cōſuetudinem maxime quarūdam eccleſiarū: ⁊ hoc ſuper eodē crimine. ſuper diuerſis autē credit Gra. ſolēnem iterari poſſe. arg. j. ea. diſtinc. q̄uis. Hāc queſtionē ſic tractat Gra. Primo ponit opinionem illo⁊ qui dicunt q̄ penitētia nō eſt iterāda, q̄ eā non ſeq̄tur mortale peccatū. ſi em̄ eam ſequit̄ mortale peccatū, illa penitentia vera non fuit, nec veniā obtinuit. ⁊ ad hoc multas authoritates inducit vſq̄ ad. §. ſ; verba. et incipit ibi ſoluere predictas authoritates. poſtea ab illo. §. q̄ autem. pbat authoritatib⁹ ⁊ exemplis q̄ penitētia ſepe iterat̄, poſt inſerit q̄ ſit vera, ⁊ que ſit falſa penitētia, qua occaſione ſubiungit an penitētia ſit dāda an negāda ei q̄ vult agere penitētiā de vno pctō, ⁊ remanere in alijs.

Penitē-na eſt iterāda

c Vera penitētia. Hoc falſu; eſt, q̄ ſi ex charitate penituit, vera fuit: ⁊ ſaluaret̄ ſi tūc decederet dum ſic penitebat. authoritates autē que in contrarium inducūtur, nō ad diuerſa tempora, ſed ad idem ſunt referenda: vt. j. e. ca. incaſſum. §. ſed verba. vt ſcilic; eo tēpore quo penitet, habeat propoſitum nō cōmittendi decetero.

d Penitentia eſt. i. grā q̄ vere penitenti infuſa eſt, facit eum preterita plangere: et eum munit vt caueat ne committat que fleuit. ⁊ qđ hic tradit̄, poti⁹ eſt effect⁹ penitentie q̄ definitio.

Penitētie effectus q̄s

e No cōmittere. i. nō cōmittendi eſt, ppoſitū habere.

Reperiuntur. Caſus. Reprehendit Ambro. quoſdā qui ſolēnē penitētiam ſepius agendā putant. iſti em̄ ſpūaliter fornicantur ſeparando ſe a Chriſto. Nā ſi verā penitētiā agerent, nunq̄ iterandam putarēt: cum ſicut vnum eſt baptiſma, ita vna eſt penitentia. In fine dicit Ambro. q̄ plures inuenit q̄ innocentiā ſeruauerūt, q̄ qui veram egerūt penitētiā. ſequēs ca. ptz. Sequēs autē ca. qđ poſtea ſequit̄. ſ. penitentia. patet ſimiliter in quo deſcribit̄ q̄d ſit penitētia, q̄d penitere, ⁊ quid pena.

f Penitētiā. Solēnem. Uel qđ hic dicit̄, intelligas de penitētia exteriori. i. ſatiſfactione. nā q̄dā putāt ſufficere ad deletionē pcti ſi q̄tiēs peccāt penitētiā ſibi iniūctā ſiue ſatiſfactionē agāt, l; in volūtate peccādi perſiſtāt. j. eo. ſane cauēdū. ⁊ hoc innuit illud ibi, iterandam.

g Qui luxuriant̄. i. fornicant̄ ſpiritualiter ſeparando ſe a Chriſto.

h Nō putarēt. i. nō preſumerēt illđ agere vnde oporteret eos deinceps penitere. ⁊ ſm hūc intellectū ſic intelligēdum eſt illud qđ ſequitur: ſicut vnū baptiſma ſufficit ad deletionē peccati, ſic ⁊ vna penitētia. huic tamē intellectui repugnat. j. glo. Hug. ſ. ſemper. j. eo.

i Ita. ſ. diſt. l. ca. ſi q̄s poſt. §. poteſt. ⁊ aliter. j. e. diſt. ca. intantū. §. ſiue autē. ⁊ ca. in ſalicibus.

k Unica. i. irreiterabilis.

l Sēper nos d;. i. ſemp vere penitere. ſ; de mortalibus raro contingit. Unde addit: at ego ⁊c̄. q. d. ita de fa-

cto contingit ſepe: ſcʒ ꝙ quis habet penitentiam de minoribus ⁊ compunctionem, ſed de maioribus non. Uel melius (quod innuit hic) diſtinguo: vt ſcʒ penitentia pro leuioribus mortalibus tantum peccatis iniuncta poſſit iterari, quia non iniungitur penitentia ſolennis, niſi ꝓ grauiſſimis. xxvj. q. vj. ca. vlt.

a ℂ Delictorum. tamē mortaliū.

b ℂ At ego. ſ. diſtinct. j. §. alij econtra, ca. ſunt qui arbitrantur.

c ℂ Facili⁹. Mirum eſt quare hoc dicat, cū multi inueniantur in fine penitētes reſplēduiſſe ⁊c. ſ. j. q. vij. ſi quis omnē. ⁊ pauci inueniantur ante finem ſine mortali peccato. argu. ſ. l. diſt. q. tua. ſed quod dicitur hic, intelligitur de integritate carnis, ſcilʒ virginitate. q. d. facilius inuenio qui ſeruet virginitatē ꝙ̄ q̄ poſt corruptionem carnis ſeruet continentiam. Nā tūc facilius cadet: vt. ſ. diſtin. j. §. alij econtra. ca. ſunt q̄ arbitrantur. vnde ⁊ ſacramēto quandoqꝫ ⁊c̄. vt. xxxv. q. vj. ab iſto. Uel hoc poteſt intelligi de penitentia perfectiſſima, que non ſolū delet peccata, ſed etiā peccādi affectionē, quā nunc habere difficilimum eſt.

peccati, ſʒ hoc delictoꝝ[a] leuiorū. At ego[b] facili⁹[c] inueni q̄ recte ſeruauerit innocentiā, ꝙ̄ q̄ cōgrue[d] egerit penitētiā.

I tem Auguſtinus.

S Atiſfactio penitētie[e] eſt peccatoꝝ cauſas[f] excidere, nec earū ſuggeſtionibus aditum indulgere.

I dem in lib. de penitētia.

P Enitētia eſt quedā dolēs vindicta[g] puniēs[h] in ſe quod dolet commiſiſſe. et. j. Continue eſt dolendū de peccato: qꝺ declarat ipſa dictionis virtus[i]. Penitere eñ eſt penā tenere[k], vt ſemper puniat[l] in ſe vlciſcēdo qꝺ cōmiſit peccando. pena eñ ꝓprie dicit leſio que punit, vindicans quod quiſqꝫ cōmiſit. Ille penā tenet qui ſemper vindicat quod cōmiſiſſe dolet. Penitentia itaqꝫ eſt vindicta ſemper puniens in ſe quod dolet cōmiſiſſe.

I n eodem.

S I apl's[m] etiā pctā[n] per baptiſmū dimiſſa[o] continue plorat[p]: nobis etiam ſuper fundamentum[q] apoſtolorum poſitis quid preter plorare reſtat? quid niſi ſemper dolere in vita? vbi enim dolor finitur[r]: deficit[ſ] et penitentia. ſi autem penitentia[t] finitur, quid relinquit de venia[v]? tādiu eñ gaudeat ⁊ ſperet de grā[x] ꝙ̄diu ſuſtentat a penitētia. dicit enim domin⁹: Uade, ⁊ amplius noli peccare. non dixit nec pecces, ſed nec voluntas peccandi in te oriatur[y]. quod quomodo ſeruabitur, niſi dolor in penitentia continue cuſtodiatur? Hinc ſemper doleat et de dolore gaudeat, ⁊ de doloris penitentia, ſi[z] contigerit, ſemper doleat: ⁊ non ſit ſatis ꝙ doleat ſed ex fide doleat, et non ſemper doluiſſe doleat.

I tē Gregorius in Eſtiuum[a] tempus.

l ℂ Puniat. habitu, non actu, arg. ſ. diſt. xxvj. ſi laic⁹. Arg. contra. j. c. proxi.

S I apoſtol⁹. ¶ Caſ⁹. Probat Aug. in hoc ca. ꝙ homo dʒ ꝯtinue de peccatis penitere ⁊ dolere exemplo apoſtoli, q̄ peccata ꝑ baptiſmū dimiſſa continue deplorat. nam tādiu dʒ homo de gratia dei ſperare ꝙ̄diu a penitentia ſuſtentat, dicente dño. Uade ⁊ amplius noli peccare. ſemper ergo doleat, ⁊ etiā gaudeat de dolore.

m ℂ Si apl'us. ſ. xxxiij. q. v. ſi paul⁹.

n ℂ Peccata. Originalia. que licʒ dimiſſa ſint i baptiſmo quo ad penam eternā, remanet tamen crimē quoad penalitates.

o ℂ Dimiſſa. Si dimiſſa, quare plorat? q: nō eſt facta plena inouatio. de ꝯſe. diſt. iiij. ca. ij. et ideo timet cadere. et indignū eſt enim qui nondum ſtabilem ⁊c. C. ꝺ teſta. mili. l. vlti.

p ℂ Plorat. Arg. contra. j. de ꝯſe. di. iiij. ſine penitentia. Arg. ꝯtra. ſ. diſt. j. tres autē ſūt actiones. Sed illa non prohibet quin dolēdum ſit ſuper peccatis iam dimiſſis, ſed ꝙ iam pro illis non eſt penitentia iniungenda.

q ℂ Super fundamentum. i. fidem.

r ℂ Finit. i. deficit: qꝺ tūc fit cū memoria peccati habetur, ⁊ de peccato non doletur.

ſ ℂ Deficit. i. inutilis eſt: vel efficit inutilis. i. per ipſam penitēs ad vitā nō perducit. ex quo eñ nō laborat, fructū nō dʒ percipere. xvj. q. j. generaliter.

t ℂ Penitentia. Que preceſſit.

v ℂ De venia. i. de vite mūditia, ⁊ ſpe eterne beatitudinis, quā cū venia aſſecut⁹ fuerat. q. d. ita reus conſtituit per cōſequēs peccatū, ſicut erat prius. ſic exponit Grat. j. e. §. hac authoritate.

v ℂ De venia. Non tamē intelligas ꝙ peccata redeāt prius dimiſſa, ſed quia ita intrabit gehennam ac ſi nullū peccatum eſſet dimiſſum. hoc ſm quoſdam ſec⁹ ſm alios qui dicunt peccata iam dimiſſa redire: vt hec traduntur. j. e. §. hac authoritate.

x ℂ De gratia. Facte promiſſionis.

y ℂ Oriat. Sed ſi precepit, nonne ſic precepit impoſſibile, quia quod non erat in eius poteſtate? argu. ſ. diſt. ij. ca. ſi ſermo. §. econtrario. ⁊ ca. ſciendum. Sed expone voluntas in te non oriatur, id eſt in te orta ad effectum non perducatur.

z ℂ Si ꝯtigerit. ſ. xvij. q. iiij. ſunt q̄ opes. ſ. xv. q. viij. hi q. j. e. di. ca. intantū. §. ſiue autē. ⁊ ca. in ſalicib⁹.

a ℂ In eſtiuū. i. in homilia que eſtiuū incipit.

d ℂ Cōgrue. Nā penitētē opʒ vitā mutare: qꝺ ſumme difficile eſt, q: dicit lex ꝙ nō facilis eſt mutatio vite, ſʒ cū magno labore animi fit: vt in aut. de mona. §. hinc autē. col. j. arg. j. eo. ſane cauendum.

e S Atiſfactio penitentie. j. e. diſt. §. illud autē Gregorij. ver. ſatiſfactio.

f ℂ Cauſas. i. vitioꝝ radicē. nō eñ ſufficit ramos incidere: vt. ſ. diſt. ij. ficta. §. ex pmiſſis. Uel cauſas. i. opportunitates vel occaſiones peccādi: vt. lxxxj. di. valet.

g P Enitētia eſt. ℂ Uindicta. hic eſt q̄dā aſſignatio illi⁹ penitētie q̄ dr opeꝝ ſatiſfactio, ⁊ intelligit de pfecta penitētia: vt. j. eo. ꝙuis. §. hac authoritate.

h ℂ Puniēs in ſe. Arg. expreſſum ꝙ q̄s nō pōt ieiunare ꝑ aliū: lʒ ꝯtrariū dixerit Hug. ſ. lxxxij. di. preſbyter. ſʒ q̄cq̄d ſit de alijs, videt ꝙ ꝑ filiū bene poſſit q̄s ieiunare, q: eadē perſona cēſet: vt. xxxv. q. iij. §. hac authoritate. ⁊ magis terrētur patres in filijs ꝙ̄ in ſeipſis. ff. quod me. cau. l. iſti quidem. §. vlti.

i ℂ Uirt⁹. i. ſignificatio ⁊ interpretatio.

k ℂ Penam tenere. Alludit etymologie vocabuli. vnde Bernard⁹ clareuallis dixit ſuper illum locum Gene. Penitet me feciſſe hominē ſuper terram. idem eſt ac ſi diceret, pena tenebit me pro peccatis hominum, tenebit inqꝫ cum venero ſuper terram.

Penitētia pfectiſſima q̄ eſt.

Uite mutatio nō eſt facilis.

Pctī occaſiōes ſunt fugiende.

Ieiunare ꝑ aliū vtrum aliquis poſſit.

Penitet me feciſſe homině q̄lit exponit

Rom. vj. a.

Ioan. viij. b.

j. Pe. j. b.

In ſuo officio gaudere ꝓuilegio q̄ gaudet q̄ eſt ſtabilis. Ar.

Delicta iam dimiſſa an redeāt.

Pnia ſi lōga ſi lōga fuerit culpa.

Penitentiam. ¶ Caſus. Dicit hic primo Greg. ꝙ digne pniam agere nō poſſumus niſi modū penitentie cognoſcamus. Scđo dicit quid ſit pniam agere. Tertio dicit ꝙ qui ſic penitētiam agit de aliquibus peccatis vt iterum alia cōmittat: nō dicit vere penitere. Greg. in eſtiuū tēpus. i. homilia q̄ incipit: eſtiuum tempus.

Penitentiā quippe agere digne nō poſſumus niſi modū quoqꝫ eiuſdē pnie cognoſcamus. Pniam quippe agere eſt et ꝑpetrata mala plāgere[a], ⁊ plangēda nō ꝑpetrare[b]. nam qui ſic alia deplorat vt iterū alia cōmittat[c]: adhuc pniam agere aut ignorat aut diſſimulat[d]. qđ em̄ ꝓdeſt[e] ſi pctā luxurie quis defleat, et tamē adhuc auaritie eſtibus anhelat? Idem. Sūt qui dicūt pauci tpis penitentiā contra peccatū debere ſufficere, vt iterum liceat ad pctm̄ redire. recte hos paſtoris primi ſētentia ꝑcutit q̄ ait[f]: Canis reuerſus ad ſuum vomitū, ⁊ ſus lota in volutabro luti. magna eſt em̄ cōtra peccatū virtus[g] penitētie: ſed ⁊ ſi qs in eadem pnia ꝑſeueret. Penitentiā vero agere eſt cōmiſſa plangere et iterū plangēda declinare.

Idem.

Productior[h] eſt em̄ pena q̄ culpa: ne parua putaretur culpa ſi cū illa finiretur et pena. ac ꝑ hoc vel ad demonſtrationē[i] debite miſerie[k]; vel ad emēdationem[l] labilis vite; vel ad exercitationem[m] neceſſarie[n] pnie tpaliter detinet[o] hoiem pena, quā tā ad dānationē eternā reum nō retinet culpa. Ira[p] dei nō eſt vt hoīs: id eſt ꝑturbatio[q] concitati animi: ſed trāquilla iuſti ſupplicij conſtitutio.

Itē Joānes chryſoſtomus.

Perfecta penitentia cogit peccatorē oīa[r] libēter ſufferre. ⁊ .j. In corde eius contritio: in ore eius cōfeſſio: in opere tota humilitas. hec eſt fructifera penitentia.

Item Smaragdus.

Ille pniam digne agit qui ſic p̄terita mala deplorat, vt futura iterum non cōmittat. nam qui plāgit peccatū, ⁊ iterū admittit peccatū quaſi quis lauet laterem crudū: quē quanto magis abluit, tanto magis latum facit.

Item Auguſtinus.

Penitētes (ſi tñ eſtis penitētes, ⁊ non eſtis irridētes) mutate vitā: recōciliamini deo: ⁊ vos cū catena[ſ] paſcetis. Qua (inquis) catena? Que ligaueris in terra, erunt ligata in celo. Audis ligaturā et deo putas facere imposturā[t]. pniam agis[v], genua figis ⁊ rides ⁊ ſubſannas patientiā dei. ſi penitētiā agis, penites: ſi nō penites, penitēs nō es. ſi ergo penites, cur facis quod male feciſti? ſi feciſſe peniteat, noli peccare. ſi adhuc facis, certe non es penitens.

Itē Iſid. de ſummo bono.

a ¶ Plangere. i. plangendo de preteritis malis dolere. Uel ſatiſfactione ſatiſfacere ſm̄ preceptū eccleſie.

b ¶ Non ꝑpetrare. i. in nullo mortali ꝑſeuerare vel ꝓpoſitū perpetrandi non habere.

c ¶ Cōmittat. i. propoſitū cōmittēdi habeat.

d ¶ Diſſimulat. Id eſt nō vere penitet.

e ¶ Quid em̄ prodeſt. quo ad vitā eternā. j.e. diſ. ſunt plures. Nam alꝰs bene valet occaſionaliter. j.e. diſt. ca. nihil. ⁊ ca. pium. i. Pe. ij. d.

¶ Sunt qui. ¶ Caſus. Quidam dicebāt modicū tēpus ſufficere ad penitētiā, vt poſſint poſtea ad peccata redire: qui reprehēdūtur authoritate petri in epiſtola ſecūda dicentis: Canis reuerſus ad vomitum ⁊c̄. In fine dicit qđ ſit agere penitentiam.

f ¶ Qui ait. ſ. eo. ſepties. ſ. diſtinc. l. hi qui.

g ¶ Uirtus. i. effectus penitentie.

Productior. ¶ Caſus. Oſtēdit Greg. per multas cauſas que in capitu. exprimūtur, ꝙ productior debet eſſe pena q̄ culpa. et ita cum ſemper debeat penitere, non iterabitur penitentia. Sequentia duo cap. plana ſunt: ſcꝫ Perfecta. et Ille.

h ¶ Productior. Supra diſtinct. xc. ſi quis monachus. Argu. ſ. ea. diſtinc. j. vide benignum. cōtra. Ibi enim innuitur ꝙ quādiu videtur durare peccatum, durare debet penitentia. Sed dic ꝙ non dicitur ibi ꝙ penitentia non debeat eſſe productior peccato: ſed innuitur ibi ꝙ ſi longa fuerit culpa, longa penitentia debet eſſe. nō enim erit equum vt pro vnius hore fornicatione non maior iniungeretur ei penitentia. ſed quod hic dicitur retorquetur ad interiorem penitentiam: quia quandocūqꝫ reduco peccatū ad memoriam: debeo inde dolere. j.e. iudas. et hoc intellige de pena ſiue de penalitate quam ſuſtinemus pro peccato primi hominis: quia illa eſt ꝓductior. arg. ſ. diſt. j. ſicut primi.

i ¶ Ad demonſtrationē. i. ad cuſtodiam humilitatis: vt in Paulo. xxiij. q. iiij. diſplicet.

k ¶ Debite miſerie. In quam venit ex peccato. ſ. diſtinc. v. ad eius vero. verſus finem.

l ¶ Ad emendationē. i. ad purgationē delicti: vt in paralytico.

m ¶ Ad exercitationem. ſ. ea. diſ. j. ſicut primi.

n ¶ Neceſſarie. Ad vitā eternam.

o ¶ Detinet. penam, ad gloriam dei manifeſtādam vt i ceco nato. ſ. diſtinc. j. ex his. et ad iudiciū future dānationis: vt in herode. ſ. xxiij. q. iiij. nabuchodonoſor. et ad cautelā ſui et aliorū: vt in Paulo. et vt ſtudioſius illa vita queratur que erit ab oibus penis aliena, et vt ſit fideli certandi materia, et occaſio vincendi: q̄ nō vinceret ſi non pugnaret. ſ. diſ. vj. ca. ſed penſandum. Pena q̄re infligitur a deo. Mat. xvj. c.

p ¶ Ira dei. Supra. xj. q̄one. iij. ca. epiſcopus. §. ſi ergo iniuſte.

q ¶ Perturbatio. Ecce quid ſit ira hominis, et qđ ira dei.

Perfecta penitentia ⁊c̄.

r ¶ Omnia. iniuncta a ſacerdote.

Penitentes. ¶ Caſus. In hoc ca. dicitur qui dicantur vere penitentes, et qui non. Si tamen eſtis penitentes cum effectu. Cum catena. i. mandato eccleſie. Impoſturam. i. deceptionem.

ſ ¶ Cum catena. Supra diſtin. j. agite. Arg. contra. ſ. ea. diſt. j. facilius.

ſ ¶ Cum catena. i. in catena. i. cum mandato eccleſie. ſ. ſcđm ꝙ eccleſia nos ligauit. Et eſt ſi. j. q. j. iudices.

t ¶ Facere imposturā. i. et falſum imponere, ꝙ ſcilicet iniuſte ligaris ab ipſo. deus enim neminem iniuſte ligat. xj. q. iij. c. epīs. §. ſi ergo iniuſte. Impoſtor aūt dr̄ q̄ falſum aliqđ alicui imponit. ff. de edil. edic. l. ob q̄ vitia. §. j. Impoſtor q̄s dicit.

v ¶ Agis. Actu vel voluntate.

Irriſor eſt non penitēs qui adhuc agit[a] qḋ penitet. nec videt deum poſcere ſubditus, ſed ſubſannare[b] ſuperbꝰ. canis reuerſus ad ſuū vomitū eſt penitens ad pctm̄. Multi em̄ lachrymas indeſinenter fundūt, ⁊ peccare non deſinūt. quoſdam accipere lachrymas ad pniam cerno, et effectū pnie nō habere: qꝛ inconſtantia[c] mentis nō recordatione pcti lachrymas fundūt: nūc vero reuiuiſcēte vſu[d] ca[e] q̄ fleuerūt iterando committūt. Eſaias[f] de pctōꝛibꝰ dicit. Lauamini[g], mūdi eſtote. Lauat et mūdus[h] eſt q̇ ⁊ p̄terita plāgit, et flēda iterū nō admittit. lauat[i] ⁊ nō eſt mūdus q̇ plangit q̄ geſſit nec deſerit: et poſt lachrymas ea q̄ fleuerat[k], repetit. Item Auguſtinus in libro ſoliloquiorum[l].

Inanis[m] eſt pnia quam ſequens culpa coinquinat. vulnus iteratū ſanat tardius[n]. frequēter[o] peccās ⁊ lugens vix veniā meret. nihil pſunt lamēta ſi replicant pctā. nihil valet veniā a malis poſcere, et mala denuo iterare. Perſiſte ergo in confeſſione: eſto in pnia fortiter confirmatus: vitā bonā quā accepiſti, tenere nō deſinas: propoſitū bone vite conſerua iugiter. Item Grego. in paſtorali.

Qui admiſſa plangunt, nec tñ deſerūt[p]: cōſiderare ſolicite ſciāt qꝛ flēdo inaniter ſe mundant, qui viuēdo ſe neqter inquināt: cū idcirco ſe lachrymis lauant, vt mūdi ad ſordes[q] redeant. Item.

Qui admiſſa plāgit, nec tamē deſerit: pene grauiori ſe ſubijcit: qꝛ ipſaꝫ quam flēdo impetrare potuit veniā contemnit. Item.

Lauamini, mundi eſtote: poſt lauacrū em̄ mūdus eſſe negligit q̇ſquis poſt lachrymas vite innocētiā nō cuſtodit. lauant ergo nec mūdi ſunt qui commiſſa flere non deſinūt, ſed rurſus flēdo committunt. Item.

Baptizantur[r] quippe a mortuo[ſ] qui mūdāt ſe fletibus a pctō. ſed poſt baptiſma mortuū tāgit qui culpas poſt lachrymas repetit.

Idem in moralibus.

Incaſſum quippe bonū agit, ſi ante vite terminum deſeratur[t]: qꝛ et fruſtra[v] velociter currit, qui prius q̄ꝫ ad metas venerit, deficit.

Sed verba[x] definitionis non ad diuerſa tēpora, ſed ad idē tēpus referūtur: videlꝫ in tpe quo deflet mala que commiſit non cōmittat[y] qḋ adhuc eum flere oporteat. quod ex ſequētibus verbis eiuſdem authoritatis apparet.

a Irriſor. Qui adhuc agit. id eſt habet voluntatē agēdi illud quod penitet. i. de pctō quo penitet.
b Subſannare. i. naſo torto deridere.
c Inconſtantia. Nota incōſtantiam reprobari. ff. de procu. in cauſe. ff. de offi. pre. obſeruandum. Argu. contra. ff. de colla. bo. nonnunq̄ꝫ.
d Uſu. Cū preueniuntur a tentatione. j. di. v. ca. j.
e Ea. i. ſicia.
f Eſaias. Adhuc eſt de ca. Iſidori qḋ ſequitur.
g Lauamini. Baptiſmo vel penitentia.
h Mundus. interius.
i Lauatur. exterius.
i Lauatur. id eſt illa mūditia nō eſt ei ad ſaluteꝫ: qꝛ eſt momentanea, nō perſeuerās. vel non eſt mūdus ex toto, ſed ad tēpus vel in parte.
Eſaie j. d.
k Que fleuerat. ſ. xv. q. ōe. viij. hi qui.
l Soliloquiorum. id eſt pſalmorum, qui ſūt excellētiora de Chriſto eloquia.
Pſalmi dn̄r ſoliloquia.
m Inanis. id eſt ſufficiens ad vitam eternam obtinendam. Uel carens fructu illius pnie quā nō ſequitur culpa: cuius fructus eſt vitatio gehenne, et adeptio glorie.
n Tardius. argu. cōtra. Uulnus achilleio qḋ quondam fecerat hoſti, Uulneris auxiliuꝫ pelia haſta tulit.
Ouidiꝰ
o Frequenter. Supra diſti. xciij. diaconi ſunt. contra. Sed hoc aduerbium vix, ſoluit contrarietatem.
p Qui admiſſa. Deſerunt. Peccare. Uel quia redeunt ad illa vel ad alia.
q Ad ſordes. Quaſi hoc inde ſequitur, et ita vt teneatur conſecutiue: vt. j. q. j. quiſquis. in fi. B.
Baptizantur. Hec verba que hic ponit Gregorius inueniuntur in libro Ieſu filij Sirach, qui dicitur Eccleſiaſticus.
r Baptizantur. Id eſt abſoluantur et mundantur. de conſe. diſt. iiij. nec quemq̄ꝫ.
ſ A mortuo. i. mortalibus peccatis. hiſtoria. Tangitur hic illud veteris teſtamenti: q̄ ſi quis tangebat cadauer hominis mortui, erat immundus ſeptem diebus poſtea aſpergebatur die tertio aqua aſperſionis: et ſic mundabatur.
ſ A mortuo. i. a contactu mortui. Tangit qḋ fiebat in veteri teſtamento, q̄ ſi quis tangebat oſſa vel corpꝰ mortui hominis, imūdus erat ſeptē diebus. poſtea aſpergebatur aqua aſperſionis die tertio ⁊ ſeptimo: et ſic mūdabatur, ſicut hic tangit, ⁊ exponitur de cōſe. diſti. iiij. nec quemq̄ꝫ.
Mortuū tangens rurſus ſeptē diebus immūdus.
t Incaſſum. Deſeratur. finaliter. ar. j. diſti. iiij. intermittentes. §. filijs.
Eſaie j. d.
v Fruſtra. q̇a indecens eſt prius ſoluere ⁊c. et de renun. literas. Arg. contra. C. de his q̄. vt indig. l. fi. Nam et teſtamētum imperfectū nullū eſt. inſtit. quib. mo. teſta. infir. §. penul.
Teſtamētum imperfectū nullum eſt.
Sed vba. Hec eſt ſecūda pars diſtinct. in qua ſoluit (et bene) dicens q̄ auctates ita ſunt intelligēde vt tempore cōfeſſionis nō habeant propoſitum peccandi. Io. de fan.
Eccl. xxxiiij. d.
Caſus. Inducens authoritatibꝰ que vident innuere q̄ illa penitentia quam ſequitur mortalis culpa, nō fuerit vera: incipit nunc reſpondere, et illas ſoluere. Et primo ſoluit primam. Uel illud qḋ dicitur ibi: penitentiam agere, digne: dicens q̄ verba definitionis ad idem tempus et non ad diuerſa referuntur: ſcꝫ vt eo tempore quo penitet, non habeat propoſitum amplius peccādi. Et ad hoc inducit ſequentia ca.
ij. q. 6.
x Sed verba. Hic incipit ſoluere authoritates que videntur dicere illam penitentiam nō fuiſſe verā quam ſequitur mortalis culpa. et reſpicit hic primo illud ca. penitentiam quippe agere.
y Non cōmittat. Id eſt non cōmittendi propoſitum habeat. qui ergo a malis ſic mentem reuocat, vt commiſſa plangat, et plangenda cōmittere non velit. nec ſatiſfacere negligat: vere penitet: lꝫ poſtea forte caſu vel infir-

mitate peccet, non ex propoſito.
a ¶ Committat. Opere vel voluntate.
b ¶ Enchiridio. Id eſt in libro manuali. Et dicitur ab en quod eſt in, et chir chiros quod eſt manus, id eſt liber manualis.

Enchiridion est liber manualis.

ſeculum, et diligat eam ſm deum. hac eleemoſyna quam ſibi homo primum debet, mundantur interiora: ergo eleemoſyna pecunie quam quis facit manens in mortali peccato, non proprie dicitur eleemoſyna: quia inordinate fit dum a ſe non incipit: et dum ſibi crudelis exiſtit, nõ placet deo. Hug.

Eleemoſyna i peccato facta non eſt ꝓpe eleemoſyna.

ritatis datur intelligi, dum dicitur. Nam qui ſic alia deplorat vt iterum alia committat[a]: adhuc penitentiam agere, aut ignorat, aut diſſimulat.

Hinc Aug. in Enchiridio[b].

Sane cauẽdũ eſt ne quiſq̃ exiſtimet nephanda illa crimina (qualia q̃ agunt regnũ dei nõ poſſidebũt) quotidie ꝑpetrãda, et eleemoſynis quotidie redimẽda. in meli⁹ eſt quippe vita mutãda, et per eleemoſynas de peccatis preteritis[c] eſt ꝓpiciãd⁹[d] de⁹, nõ ad hoc emẽdus[e] quodãmodo vt ea ſemper liceat impune cõmittere: nemini eñ dedit laxamẽtũ peccãdi, q̃uis miſerãdo deleat iam facta peccata, ſi nõ ſatiſfactio cõgrua negligatur.

Item.

Qui vult ordinate dare eleemoſynam, a ſeipſo[f] debet incipere[g], et eam ſibi primo dare. eſt eñ eleemoſyna[h] op⁹ miſericordie verbiſſime: de q̃ dictũ eſt[i]: Miſerere aĩe tue placẽs deo. Propter hoc renaſcimur, vt deo placeamus[k].

Itẽ Ioã. Chryſoſtom⁹.

De q̃tidianis breuib⁹[l], leuibuſq; pctĩs, ſine q̃bus hec vita non ducit, quotidiana[m] oratio[n] fidelium ſatiſfaciat[o]. Eoꝝ eſt eñ dicere: Pater noſter[p] q̃ es in celis, qui iam talr[q] pr̃i regenerati ſunt ex aq̃ et ſpũ ſctõ. Delet oĩno hec oratio minima q̃tidiana peccata[r]: delet et illa a qb⁹ vita fidelium etiã ſcelerate geſta, ſꝫ penitendo in meli⁹ cõmutata diſcedit. Sic q̃ẽadmodũ dicit veraciter: Dimitte[s] nobis debita noſtra, q̃ñ nõ deſunt q̃ dimittantur, ita veraciter dicat: Sicut et nos dimittim⁹ debitorib⁹ noſtris. i. fiat qđ dicitur[t]: q2 et ipſa eleemoſyna eſt veniam petentibus omnino ignoſcere.

Item Pius papa.

Nihil[v] ꝓdeſt[x] homini ieiunare et orare, et alia

Sane cauendũ. ¶ Caſus. Quidã erãt q̃ quotidie peccare mortaliter nõ vitabãt: credentes ꝙ ꝑ eleemoſynas poſſent ea peccata redimere. ſed errabant, cũ quotidie ſit de⁹ rogandus de preteritis peccatis, et non emendus vt occaſione eleemoſyne credat quis impune poſſe peccare. Nam nulli dat de⁹ licẽtiã peccãdi, q̃uis de⁹ deleat facta peccata ſi ſatiſfactio congrua nõ negligatur. Ut ea, ſcꝫ mala.
c ¶ De peccatis preteritis. Uide qđ legit et not. xcvij. diſt. c. j. verſic. ipſa ꝑo. in gl. ſic intelligitur ⁊c. Archi.
d ¶ Propitiãd⁹. id eſt placãd⁹.
e ¶ Emendus .i. rõ dem⁹ ei eleemoſynas in preciũ vt maneam⁹ licite in peccato: al's dicit capi. eleemoſynis peccata tua redime. ſ. diſtin. j. medicina. j. eo. c. adhuc inſtant. j. q. vij. exigũt. Remiſſio enim peccati non dat licentiam delinquẽdi. Peccata etiã publice puniri intereſt. ex̃ de col. c. ij. Sed tamẽ non debem⁹ temere ad penas proſilire. ar. C. de pe. ſi operis.

Peccatã publice puniri intereſt.

Qui vult ordinate. ¶ Caſus. Dicit hic ꝙ q̃ vult ordinate eleemoſynã dare, primo debet incipere a ſe ipſo. ſ. vt ſe prius corrigat et peniteat, et ſatiſfaciat de peccatis ſuis, et tunc dat eleemoſyna ordinate. et hoc ꝓbatur per definitionem eleemoſyne.
